
Quellen zur deutschen Reichs- und Rechtsgesch...



Quellen


zur

Deutschen Reichs- und Rechtsgeschichte.

Zusammengestellt und mit Anmerkungen versehen

von

Dr. H. O. Lehmann,
Professor der Rechte an der Universität zu Marburg.



Berlin 1891.
Verlag von Otto Liebmann.
Buchhandlung für Rechts- und Staatswissenschaften.
W. Lützowstraße 27.

Vorwort.

Das vorliegende Buch ist zunächst für Studierende der Rechtswissenschaft bestimmt, dürfte aber auch Geschichtslehrern und Geschichtsfreunden willkommen sein. Sein Zweck ist Förderung der Kenntnis der deutschen Rechtsgeschichte durch Erleichterung des Kennenlernens der wichtigsten Abschnitte der Rechtsquellen. Um deswillen tragen auch die Anmerkungen nicht den Charakter eines Kommentars, sondern denjenigen einer Präparation.

Textkritik habe ich nur an wenigen Stellen unternommen. Durchweg habe ich zu Grunde gelegt: die Ausgaben der lex Salica von Behrend, der lex Ribuaria von Sohm, des Sachsenspiegels von Homeyer, des Schwabenspiegels von Laßberg, des sächsischen Weichbildes von Walther, der Carolina von Zöpfl, der Capitularien und der älteren Reichsgesetze in den Monumenta Germaniae, der späteren Reichsgesetze in der „neuen und vollständigeren Sammlung“, für Cäsar und Tacitus die Ausgaben von Holder. Die Schreibart mancher dieser Texte habe ich darin geändert, daß ich j für i, mp u. s. w. für np u. s. w. gesetzt habe.

Die über den nächsten Zweck dieses Buches hinausgreifende Anfügung des Entwurfs der Verfassung des norddeutschen Bundes mit den Änderungen bis zum jetzigen Wortlaut der Reichsverfassung samt dem Entwurf vom 10. Juni und dem Vertrag vom 18. August 1866 wird sich hoffentlich als nützlich für staatsrechtliche Vorlesungen erweisen.

Marburg, April 1891.

H. O. Lehmann.

Inhalt.

In dem vorliegenden Buche sind Teile aus folgenden Rechtsquellen enthalten:

1. Caesar de bello gallico.

Liber IV.

Cap. 1. — — Sueborum gens est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quot annis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manserunt, se atque illos alunt; hi rursus in vicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. Sic neque agri cultura nec ratio atque usus belli intermittitur. Sed privati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque sunt in venationibus; quae res et cibi genere et cottidiana exercitatione et libertate vitae, quod a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant, et vires alit et immani corporum magnitudine homines efficit. — —

Cap. 2. Mercatoribus est aditus magis eo, ut, quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent. — —

Cap. 3. Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum civitatum suam vim sustinere non posse. — — Ubii — — sunt humaniores propterea, quod Rhenum attingunt multumque ad eos mercatores ventitant et ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus assuefacti. Hos cum Suebi — — finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt.

Cap. 11. — — legati (Sueborum) — — petebant, ut sibi potestatem faceret[1] in Ubios[2] legatos mittendi; quorum si principes ac senatus sibi jure jurando fidem fecissent, ea condicione, quae a Caesare ferretur, se usuros ostendebant. — —

Cap. 13. — — Germani frequentes omnibus principibus majoribusque natu adhibitis ad eum in castra venerunt, — —, ut dicebatur, sui purgandi causa, quod contra atque esset dictum et ipsi petissent, proelium pridie commisissent. — —

Cap. 18. — — Interim a compluribus civitatibus ad eum[1] legati veniunt; quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit obsidesque ad se adduci jubet. — —

[1] Caesar. [2] Feinde der Suevi; hatten Caesar um Hilfe gebeten.

Cap. 19. Caesar — — cognovit: Suebos, postea quam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo concilio habito nuntios in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in silvis deponerent, atque omnes, qui arma ferre possent, unum in locum convenirent. — —

Liber VI.

Cap. 10. — — Suebos omnes in unum locum copias[1] cogere atque his nationibus, quae sub eorum sint imperio, denuntiare, ut auxilia peditatus equitatusque mittant. — —

Cap. 21. Germani — — neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. — — Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit; ab parvulis labori ac duritiae student. — —

Cap. 22. Agri culturae non student, majorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui tum una coierunt, quantum et quo loco visum est agri, adtribuunt atque anno post alio transire cogunt. Ejus rei multas adferunt causas: ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agri cultura commutent; ne latos fines parare studeant potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.

Cap. 23. Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. — — Cum bellum civitas aut illatum defendit aut infert, magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisve habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cujusque civitatis fiunt, atque ea juventutis exercendae ac desidiae[2] minuendae causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit, se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur, consurgunt hi, qui et causam et hominem probant, suumque auxilium pollicitentur atque ab multitudine collaudantur; qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Hospitum violare fas non putant; qui quaque de causa ad eos venerunt, ab injuria prohibent, sanctos habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur.

[1] Truppenmassen. [2] Müßiggang, Unthätigkeit.

2. Tacitus Germania.

Cap. 2. — — Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus est, Teutonem deum terra editum. Ei filium Mannum, originem gentis conditoremque, Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones[1] vocentur. — —

Cap. 6. — — In universum aestimanti[2] plus penes peditem roboris; eoque mixti[3] proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni juventute delectos ante aciem locant. Definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur, et quod primum numerus fuit, jam nomen et honor est.[4]

Cap 7. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas; et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. Ceterum neque animadvertere neque vincire, ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam nec ducis jussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Effigiesque et signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt. Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum[5] facit, sed familiae et propinquitates, et in proximo pignora[6], unde feminarum ululatus auditur, unde vagitus infantium[7].

Cap. 10. — — Sortium[8] consuetudo simplex. Virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputant[9] eosque notis quibusquam discretis super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox, si publice consuletur[10], sacerdos civitatis, sin privatim, ipse pater familiae, precatus deos caelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur[11]. — — Et illud quidem etiam hic notum, avium voces volatusque interrogare: proprium gentis, equorum quoque praesagia[12] ac monitus experiri. — —

Cap. 11. De minoribus rebus principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur. Coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur; nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod

---

[1] Andere Lesart: Ingvaeones — Istvaeones. [2] wägt man im Ganzen (den Wert der Reiterei und des Fußvolks bei den Deutschen) gegen einander ab. [3] Reiterei und Fußvolk. [4] Hundertschaft. Vgl. Cap. 12 a. E. [5] Keil (Formation in der Schlacht). [6] häufiger Ausdruck für die nächsten Verwandten. [7] Kindergeschrei. [8] Orakel, Auspizien. [9] in Reiser zerschneiden. [10] das Orakel befragt wird. [11] Vgl. hierzu den Gebrauch der festuca; z. B. l. Sal. 46 § 1. [12] Ahnungen.

non simul nec ut jussi conveniunt, sed et alter et tertius dies conctatione coeuntium absumitur. Ut turbae placuit, considunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum et cohercendi jus est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu[13] aspernantur[14]; sin placuit, frameas[15] concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.

Cap. 12. Licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere. Distinctio poenarum ex delicto, proditores et transfugas arboribus suspendunt: ignavos et imbelles et corpore infames caeno[16] ac palude, injecta insuper crate[17], mergunt[18]. Diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed et levioribus delictis pro modo poenarum equorum pecorumque numero convicti[19] multantur. Pars multae regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur[20] vel propinquis ejus exsolvitur. Eliguntur in isdem conciliis et principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites[21] consilium simul et auctoritas adsunt.

Cap. 13. Nihil autem neque publicae neque privatae rei nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum[22] probaverit. Tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinquus scuto frameaque juvenem ornant: haec apud illos toga, hic primus juventae honos; ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae. Insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem[23] etiam adulescentulis assignant[24]: ceteris[25] robustioribus ac jam pridem probatis adgregantur. Nec rubor[26] inter comites[25] aspici. Gradus quin etiam et ipse comitatus habet judicio ejus quem sectantur; magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, et principum, cui plurimi et acerrimi comites. Haec dignitas, hae vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. — —

Cap. 14. — — Principes pro victoria pugnant, comites pro principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat[27], plerique nobilium adulescentium petunt ultro[28] eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies et facilius inter ancipitia clarescant, magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare. — —

Cap. 15. — — Mos est civitatibus ultro[28] ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. Gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis sed et publice mittuntur,

---

[13] Murren. [14] zurückweisen, verwerfen. [15] Speer. [16] Schmutz, Schlamm. [17] Flechtwerk. [18] versenken. [19] die überführten (Verbrecher). [20] der gerächt wird; um dessen Verletzung willen Buße gegeben wird. [21] die Hundertschaftsversammlung als Gericht des Hundertschaftsbezirks. [22] als dem Waffendienst gewachsen. — Die Wehrhaftmachung ist die Form der Emanzipation. S. Sohm, R.- u. G.-V. S. 553 ff. [23] Auszeichnung. [24] verschaffen. [25] dem Gefolge. [26] Schande. [27] erstarren.

electi equi, magna arma, phalerae[29] torquesque[30]. Jam et pecuniam accipere docuimus.

Cap. 16. Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant[31] non in nostrum morem connexis et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat. — —

Cap. 18. — — prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiunt. Dotem non uxor marito sed uxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur[32], sed boves et frenatum[33] equum et scutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro adfert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales deos arbitrantur. — —

Cap. 20. — — Dominum ac servum nullis educationis deliciis dinoscas: inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat. — — Sororum filiis idem apud avunculum qui ad patrem honor. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur et in accipiendis obsidibus magis exigunt, tamquam etiam animum firmius et domum[34] latius teneant. Heredes tamen successoresque sui cuique liberi, et nullum testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patrui, avonculi. — —

Cap. 21. Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui quam amicitias necesse est. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero recipitque satisfactionem universa domus. — —

Cap. 24. — — Aleam sobrii[35] inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate[36], ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo jactu de libertate ac de corpore contendant. Victus voluntariam servitutem adit. Quamvis juvenior, quamvis robustior alligari[37] se ac venire[38] patitur. Ea est in re parva pervicacia: ipsi fidem vocant. Servos condicionis hujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exsolvant.

Cap. 25. Ceteris servis non in nostrum morem descriptis per familiam ministeriis utuntur: suam quisque sedem, suos penatis regit; frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis[39] ut colono injungit[40], et servus hactenus paret. Cetera domus officia uxor ac liberi exequuntur. Verberare servum ac vinculis et opere coercere rarum: occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune est. Libertini non multum supra servos sunt: raro aliquod momentum in domo, numquam in

[28] freiwillig. [29] Brustschmuck. [30] Halsketten. [31] erbauen. An einen scharfen Gegensatz zwischen Einhofssystem und Dorfschaftssystem darf bei dieser Darstellung nicht gedacht werden. [32] putzen. — Es handelt sich um den Kaufpreis für das mundium über die Braut. [33] gezäumt. [34] die Sippe. [35] nüchtern. [36] Unbesonnenheit. [37] fesseln. [38] verkauft werden. [39] Tuch. [40] auferlegen (als jährliche Abgabe).

civitate, exceptis dumtaxat is gentibus, quae regnantur: ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

Cap. 26. Faenus agitare[41] et in usuras extendere[42] ignotum; ideoque magis servatur[43], quam si vetitum esset. Agri pro numero cultorum[44] ab universis vice[45] occupantur; quos mox inter se secundum dignationem partiuntur, facilitatem partiendi camporum spatia[46] praestant. Arva[47] per annos mutant, et superest ager.[48]

3. Lex Salica.

Prologus.[1]

Gens Francorum inclita — — dictaverunt Salica lege per proceris ipsius gentis, qui tunc tempore ejusdem aderant rectores, electi de pluribus viris quattuor his nominibus: Wisogastis, Bodogastis, Saligastis et Widogastis, in loca nominancium Salchamae, Bodochamae, Widochamae, qui per tres mallos convenientes, omnes causarum origines sollicite discuciendum tractandis de singulis judicibus[2] decreverunt hoc modo. At ubi rex Francorum Chlodeveus — — recepit catholicam baptismi et quod minus in pactum habebatur idoneo per proconsolis regis Chlodovehi et Hildeberti et Chlotharii fuit lucidius emendatum.

Titel 1.

De mannire.[1]

1. Si quis ad mallum[2] legibus dominicis[3] mannitus fuerit et non venerit *Malb. reaptem*[4] hoc est DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicetur.

2. Ille vero qui alium mannit et ipse non venerit, si eum

[41] gewerbemäßig Darlehnsgeschäfte betreiben. Faenus „Wucher" zu übersetzen, erscheint inkorrekt. [42] ausdehnen (die Schuld). [43] offenbar im Sinne: cavetur. [44] Landleute, Einwohner. [45] andere Lesart: in vices: wechselweise, wechselnd. [46] die große Ausdehnung, die Menge. [47] Ackerland, Saatfeld. [48] brach liegender.

Prologus. [1] Die Prologe der Handschriften, die einen solchen überhaupt haben, weichen sehr von einander ab. [2] statt: judicia.

Tit. 1. [1] vor Gericht laden (Privatladung). [2] Gericht, Ding. [3] nach Königsrecht. Vielleicht ist hier in so weit an einen Gegensatz zu früherem „Volksrecht" zu denken, als die in dem obigen Titel vorgeschriebenen Förmlichkeiten erst durch besonderes königliches Gesetz eingeführt sind. [4] Die mit Malb. (d. h. in mallobergo, an der Gerichtsstatt) eingeleiteten Worte — im Text cursiv gedruckt — sind deutsch, vielfach bis zur Unkenntlichkeit verstümmelt oder verändert. Sie enthalten eine Hindeutung auf die vor Gericht anzuwendenden Ausdrücke, vielleicht auch auf Klagformeln. Entsprechend einer früheren unrichtigen Ansicht werden sie als „malbergische Glosse" bezeichnet. Auf ihre, oft strittige und ungewisse, Deutung wird hier nicht eingegangen.

sunnis[5] non tricaverit[6], ei qui manebit[7], XV solidos culpabilis judicetur.

3. Et ille qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulare debet, et si praesens non fuerit, sic aut uxorem aut quemcumque de familia illius appellit, ut illi faciat notum, quod ab eum mannitus est.

4. Nam si in dominica ambasia[8] fuerit occupatus, mannire[9] non potest.

5. Si vero infra pago in sua ratione fuerit, sicut superius diximus, mannire potest.

Titel 2.[1]

De furtis porcorum.

1. Si quis porcellum lactantem furaverit, et ei fuerit adprobatum *Malb. chrane calcium* hoc est CXX dinarios qui faciunt solidos III culpabilis judicetur.

2. Si quis porcellum furaverit qui sine matrem possit vivere, et ei fuerit adprobatum, *Malb. chrane calcium* hoc est XL dinarios qui faciunt solidum I culpabilis judicetur.

— — —

5. Si quis porcum bimum furaverit, DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicetur excepto capitale[2] et dilatura[3].

6. Quo numero usque ad duos porcos simili conditione convenit observare.

7. Si vero III aut amplius imbulaverit[4], MCCCC dinarios qui faciunt solidos XXXV culpabilis judicetur, excepto capitale et dilatura.

— — —

Titel 3: De furtis animalium.
Titel 4: De furtis ovium.
Titel 5: De furtis caprarum.
Titel 6: De furtis canum.
Titel 7: De furtis avium.
Titel 8: De furtis apium.
Titel 9: De damno in messe[1] vel qualibet clausura inlatum.

Vgl. über sie besonders die Ausgabe von Hessels und Kern. [5] rechtlich anerkannter Versäumnisgrund, „echte Not"; über Gründe der sunnis s. drittes Capitular zur lex Salica c. 1. [6] hindern. [7] wohl für mannivit; oder: dem (Kläger), der (zum Gerichtstag erscheint und bis zu dessen Ende) ausharrt. [8] Amt, Auftrag: also: im Königsdienst. [9] Es ist wohl nicht richtig anzunehmen, daß hier und in ähnlichen Wendungen das Aktiv statt des Passiv steht, sondern Subjektwechsel anzunehmen: so kann er ihn nicht laden.

Tit. 2. [1] in den nicht abgedruckten Paragraphen dieses und der folgenden Titel sind für viele spezialisierte Deliktsfälle, die sich durch das Alter und die Anzahl des gestohlenen Viehs, die Anzahl der Thäter, den Ort der That u. dgl. unterscheiden, Strafen festgesetzt. [2] Wert (des Tiers). [3] Verzugsinteresse (Zinsen). [4] gestohlen hat (für involaverit).

Tit. 9. [1] Getreide(feld).

Titel 10.

De servis vel mancipiis furatis.

1. Si quis servo aut caballo vel jumentum furaverit *Malb. alfalchio* hoc est MCC dinarios qui faciunt solidos XXX culpabilis judicetur.

2. Si servus aut ancilla cum ipso ingenuo de rebus domini sui aliquid portaverit, fur praeter quod ejus mancipia et res restituat et insuper *Malb. theubardi* hoc est DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicetur.

Titel 11.

De furtis ingenuorum vel efracturis.[1]

1. Si quis ingenuus de foris casa[2] quod valit duos dinarios furaverit, DC dinarios qui faciunt XV culpabilis judicetur.

2. Si vero foris casa furaverit quod valent XL dinarios et ei fuerit adprobatum, praeter capitale et dilaturam MCCCC dinarios qui faciunt solidos XXXV culpabilis judicetur.

3. Si ingenuus homo efractura fecerit quod valit II[3] et ei fuerit adprobatum *Malb. anthedio* hoc est solidos XV culpabilis judicetur.

4. Si vero supra V dinarios quod valet furaverit, et ei fuerit adprobatum excepto capitale et dilatura MCCCC dinarios qui faciunt solidos XXXV culpabilis judicetur.

5. Si vero clavem effrigerit aut adulteraverit[4], sic in domo ingressus fuerit aut exinde furtum aliquid tulerit, excepto capitale et dilatura MDCCC dinarios qui faciunt solidos XLV culpabilis judicetur.

6. Si vero nihil tulerit aut fugiens evaserit, MCC dinarios qui faciunt solidos XXX culpabilis judicetur.

Titel 12.

De furtis servorum vel efracturis.

1. Si servus foris casa quod valit II dinarios furaverit, excepto capitale et dilatura CXX flagellus[1] extentus accipiat.

2. Si vero quod valit XL dinarios furaverit, aut castretur aut sex solidos reddet. Dominus vero servi qui furtum fecit, capitale et dilaturam requirenti restituat.

Titel 13.

De rapto ingenuorum.

1. Si tres homines ingenuam puellam rapuerint *Malb. schodo* hoc est tricinus solidus cogantur exsolvere.

2. Illi, qui super tres fuerint, quinos solidos solvant.

3. Qui cum sagittas fuerint, ternos solidos culpabiles judicentur.

Tit. 11. [1] Einbruch. [2] außerhalb eines Hauses: — Gegensatz zum Einbruch. [3] im Text steht irrtümlich MM. Vgl. Tit. 12 § 1. [4] nachmachen.

Tit. 12. [1] Hiebe.

4. Raptores vero MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII exigantur.

5. Si vero puella ipsa de intro clave[1] aut de screuna[2] rapuerint, praecium et causa superius comprehensa culpabiles judicentur.

6. Si vero puella qui trahitur in verbum regis[4] fuerit, fritus[3] exinde MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII est.

7. Si vero puer regi[5] vel litus ingenuam feminam traxerit, de vita culpabilis esse debet.

8. Si vero ingenuam puellam de illis suam voluntatem servum secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

9. Ingenuus si ancilla aliena prisserit, similiter paciatur.

10. Si quis sponsam alienam tulerit et eam sibi in conjugio copulaverit, MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

Titel 14.

De supervenientibus[1] vel expoliatis[2].

1. Si quis hominem ingenuum in superventum expoliaverit cui fuerit adprobatum *Malb. anthi falthio* hoc est MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

2. Si vero Romanus barbarum Salico expoliaverit, legem superiorem compraehensa convenit observare.

3. Si vero Francus Romano expoliaverit, solidos XXXV culpabilis judicetur.

4. Si quis hominem qui migrare[3] voluerit et de rege habuerit praeceptum[4] et abbundivit[5] in malum[6] publico, et aliquis contra ordinationem regis testare[7] praesumpserit, VIIIM dinarios qui faciunt solidos CC culpabilis judicetur.

5. Si quis homine migrante adsalierit[8], quanti in contubernio[9] vel superventum[10] *Malb. texagae*, hoc est MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

6. Si quis villa aliena adsalierit, quanti in eo contubernio probantur *Malb. scethis* hoc est solidos LXIII culpabilis judicetur.

Titel 15.

De homicidiis vel si quis uxorem alienam tulerit.

Si quis hominem ingenuum occiderit aut uxorem alienam tulerit a vivo marito *Malb. leudardi* hoc est VIIIM dinarios qui faciunt solidos CC culpabilis judicetur.

Tit. 13. [1] aus verschlossenem Raum. [2] etwa: Mägdekammer. [3] fredus, Friedensgeld, das, neben der dem Verletzten zufallenden Buße, an die königlichen Beamten (Grafen) zu zahlen war. Vgl. Tit. 50 § 4. [4] im Königsschutz. [5] statt regius; puer regius, Königsknecht, ist ein unfreier Gefolgsmann, Ministeriale, des Königs.

Tit. 14. [1] Überfallen. [2] Ausplündern. [3] einwandern, sich ansiedeln (in einer Gemeinde). Vgl. Tit. 45. [4] Brief, Ansiedelungsgenehmigung. [5] Dem Sinne nach: vorzeigen. [6] statt: mallo. [7] verlangen, daß er fortzieht; ausweisen. Vgl. Tit. 45. [8] angreifen. [9] Schar. [10] scil. probantur, — — unusquisque.

Titel 16.

De incendiis.

1. Si quis casa qualibet super homines dormientes incenderit, quanti ingenui intus fuerint mallare debent, et si aliquid intus arserint *Malb. alfathio* hoc est MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

2. Si quis casa cletem salina[1] incenderit et ei fuerit adprobatum *Malb. althifathio* hoc est MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

3. Si quis spicario aut machalum[2] cum annona incenderit, MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

4. Si quis sutem[3] cum porcis aut scuria[4] cum animalibus incenderit et ei fuerit adprobatum, excepto capitale et dilatura *Malb. sundela* hoc est MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

5. Si quis sepem[5] aut concidem[6] alienum incenderit, DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicetur.

Titel 17: De vulneribus.

Titel 18.

De eum qui innocentem hominem ad regem accusat.

Si quis ad regem innocentem hominem absentem accusaverit *Malb. seulando efa* hoc est MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

Titel 19: De maleficiis[1].
Titel 20: De eum qui ingenua muliere manum vel bracchio aut digito extrinxerit.
Titel 21: De navibus furatis.
Titel 22: De furtis in molino commissis.
Titel 23: De caballo extra consilium domini sui ascensu.
Titel 24: De homicidiis parvolorum[1].
Titel 25: De adulteriis ancillarum.

Titel 26.

De libertis demissis.

1. Si quis homo ingenuus alienum letum extra consilum domini sui ante rege per dinario dimiserit[1] et convictus fuerit *Malb. malthoitus meo letu* hoc est IVM dinarios qui faciunt solidos C culpabilis judicetur. Res vero leti ipsius legitime reformetur.

2. Si quis servo[2] alieno per denario ante regem dimiserit cui

Tit. 16. [1] Flechtwerkhaus, Fachwerkhaus. [2] Scheuer; das aut erläuternd. [3] Schweinepferch, Schweinestall. [4] Stall. [5] Zaun. [6] Einfriedigung aus Strauchwerk.

Tit. 19. [1] Zaubermittel (Giftmischerei u. dgl.)

Tit. 24. [1] Kindermord.

Tit. 26. [1] Form der Freilassung zu vollem Recht. [2] Der Text liest vero.

fuerit adprobatum, precium servi domino et insuper *Malb. maltholatu metho* hoc est solidos XXXV culpabilis judicetur.

Titel 27: De furtis diversis.
Titel 28: De elocationibus[1].
Titel 29: De dibilitationibus[1].
Titel 30: De conviciis[1].
Titel 31: De via lacina[1].
Titel 32: De ligaminibus[1] ingenuorum.
Titel 33: De venationibus furatis[1].
Titel 34: De sepibus[1] furatis.

Titel 35.

De homicidiis servorum vel expoliatis.

1. Si quis servus servum occiderit, homicida illum domini inter se dividant.

2. Si quis ingenuus servum alienum expoliaverit et ei supra XL dinarios quod valit tulisse convincitur *Malb. leotos musdo* hoc est MCC dinarios qui faciunt solidos XXX culpabilis judicetur.

3. Si vero minus quam XL dinarios expolia ejus valuerint, DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicetur.

4. Si quis homo ingenuus letum alienum expoliaverit et ei fuerit adprobatum MCCCC dinarios qui faciunt solidos XXXV culpabilis judicetur.

5. Si servus alienus aut laetus hominem ingenuum occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis illius hominis occisi parentibus tradatur, et dominus servi aliam medietatem compositionis se noverit solviturum.

6. Si quis vasso ad ministerium[1] aut fabrum ferrarium vel aurifice aut porcario[2] vel vinitorem[3] aut stratorem[4] furaverit aut occiderit cui fuerit adprobatum MCC dinarios qui faciunt solidos XXX culpabilis judicetur.

7. Inter freto et faido[5] sunt MDCCC dinarios qui faciunt solidos XLV excepto capitale et dilatura, in summa sunt simul solidos LXXV.

Titel 36: De quatrupedibus si hominem occiderent.

Tit. 28. [1] Dingen, anstiften (zum Diebstahl).
Tit. 29. [1] Verstümmelungen.
Tit. 30. [1] Schmähungen, Beleidigungen.
Tit. 31. [1] Wegesperrung, Anfallen auf einem Wege, Wegelagerung.
Tit. 32. [1] Fesselung.
Tit. 33. [1] Jagdfrevel.
Tit. 34. [1] Zaun, Einfriedigung.
Tit. 35. [1] vassus ad ministerium, Diener. [2] Schweinehirt. [3] Winzer. [4] Besorger des Stalles, Pferdeknecht. [5] Friedensgeld und Buße (Fehdegeld) zusammen. Der Satz gehört unmittelbar zum Vorhergehenden.

Titel 37.

De vestigio minando[1].

Si quis bovem aut caballo vel qualibet animal per furtum[2] perdiderit et eum dum per vestigio sequitur consequutus invenerit in tres noctes, ille qui eum ducit emisse aut cambiasse dixerit vel praeclamaverit, ille qui per vestigio sequitur res suas per tercia mane agramire[3] debet. Si vero jam tribus noctibus exactis qui res suas requiret eas invenerit, ille apud quem inveniuntur si eas emisse aut cambiasse dixerit, ipse licet agramire. Si illo vero qui per vestigio sequitur quod si agnoscere dicit illi alii proclamantem[4] nec offere per tertia manum[5] voluerit nec solem secundum legem colocaverit[6] et tulisse convincitur, MCC dinarios qui faciunt XXX solidos culpabilis judicetur.

Titel 38: De furtis caballorum vel equorum.

Tit. 37. [1] Spurverfolgung. [2] nicht nur „durch Diebstahl“, sondern „wider Wissen, heimlich“. [3] mane für manu(m). In tertiam manum ponere oder mittere heißt — vgl. Tit. 47 in. und Tit. 61 in fine —: (eine Sache, die man bei einem andern findet) in Beschlag nehmen, unter Sequester stellen (so daß sie während des Prozesses nicht veräußert werden darf). Ursprünglich geschah dabei wohl stets Uebergabe an eine dritte Person, den Sequester, der die Sache in Gewahrsam nahm. Später, und so wohl schon in der lex Salica, vertrat dann die linke Hand des Beschlagnehmers gleichsam die Hand des Sequesters. Der Beschlagnehmer ergreift mit der Rechten den im Besitz (in der Hand) des Gegners befindlichen Gegenstand und legt ihn in seine Linke (übergiebt ihn seiner Linken). — An die Hingabe der Sache an den Sequester schloß sich dann ursprünglich die Besitznahme seitens desselben unter Wiedergabe einer festuca als Pfand dafür an, daß er die Sache an die obsiegende Partei zurückgeben werde. An Stelle dieses Vorgangs mußte bei Fortfall des Sequesters die Besitznahme des beschlagnahmten Gegenstandes durch eine der Parteien unter Hingabe der festuca an die andre treten. Dieser Akt heißt adhramire, achramire, agramire (ergreifen, in Besitz nehmen). Da bei diesem Akt die festuca eigentlich die Stelle (nach ältestem Recht eines Bürgen, dann) eines vom Bürgen zu stellenden Pfandes vertritt, so wird auch sie „per tertiam manum“ gegeben, d. h. durch die Rechte aus der Linken genommen und dem Gegner überreicht. — Also etwa zu übersetzen: so soll er auf das Tier Beschlag legen (p. t. m.) und es gegen Eigenbürgschaft mitnehmen (agr.). — Nach andrer Ansicht ist agramire in übertragener Bedeutung zu verstehen: „geloben, fidem facere“, so daß es mit dem späteren offerre identisch wäre. — Vgl. übrigens unten Cap. Aquisgr. v. 809 c. 14 und erstes Capitular zur lex Salica § 8 a. E. (Anm. 28) und lex Francorum Chamavorum c. 16: Qui homini alio adframivit per wadium (andre Lesart: Qui propter alium hominem wadium adrhammivit), et ipse homo eum dampnum incurrere dimittit, ille, qui suo wadio adrhamivit, de suo omnia componat super noctes septem. Ille, qui precat adrhamire, duplum componere faciat, und c. 48: Si fur de septem latrociniis comprobatus fuerit, exiet ad judicium. Si ibi incenderit, tradant eum ad mortem. Et posteaquam ad judicium ambulaverit, si ibi non incenderit, tunc liceat suo seniori wadio suo illum adrhammire et pro eo emendare ac de morte liberare. [4] Besser lesen andre Handschriften: reclamantem. Der Accusativ steht statt des Dativs oder Ablativs. [5] aus der dritten Hand (vgl. Anm. 3) hinbieten, übergeben: nämlich falls er, der Verfolger, zum agramire berechtigt ist, die festuca oder ein andres Pfand, falls der Gegner agramire darf, das beschlagnahmte Tier selbst. [6] nicht bis Sonnenuntergang auf die Erfüllung seiner Forderung (Herausgabe des Tiers zum Besitz in manu tertia oder Herausgabe der festuca) gewartet hat.

Titel 39.

De plagiatoribus[1].

1. Si quis mancipia aliena solicitare[2] voluerit et ei fuerit adprobatum *Malb. obscult* hoc est DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicetur.

2. Si quis hominem ingenuo plagiaverit[3] et probatio certa non fuit, sicut pro occiso juratore donet[4]: si juratores non potuerit invenire VIIIM dinarios qui faciunt solidos CC culpabilis judicetur.

3. Si Romano plagiaverit, solidos LXIII culpabilis judicetur.

Titel. 40.

Si servus in furtum fuerit inculpatus.

1. Si talis fuerit causa unde ingenuus DC dinarios hoc est solidos XV componere debuerat, servus super scamno[1] tensus CXX jectos flagellorum[2] accipiat.

2. Si vero antequam torquatur fuerit confessus et ei cum domino servi convenerit, CXX dinarios qui faciemt solidos III dominus reddat.

3. Si tamen major culpa fuerit, unde ingenuus XXXV solidos reddere debet[3]. similiter servus CXX colpos accipiat.

4. Et si confessus non fuerit, ille qui eum torquet si adhuc voluerit ipso servo torquere etiam nolente domino, pignus domino servi donare debet. Si servus postea ad suppliciis majoribus subditur et si confessus fuerit, nihil ille super domino credatur[4], ipse illo servo in potestatem habiturus est qui eum torsit, dominus servi unde jam pignus accepit praecium pro suo servo accipiat. Si vero inter priora supplicia id est infra CXX culapus[5] fuerit confessus aut castretur aut sex solidos reddat. Dominus vero servi capitale[6] requirenti restituat.

5. Si vero majore crimine servus compraehenditur, id est unde ingenuus XLV solidos possit culpabilis judicari et inter supplicia servus ipse confessus fuerit, capitali sententia feriatur[7].

6. Si vero in quolibet crimine servus comprehenditur, dominus ipsius si praesens est, ab eo qui repetit admoneri debet ut servum suum justis debeat suppliciis dare et qui repetit virgas paratas habere debet quae ad magnitudinem minoris digiti minime sint et quoaequales et scamno pristo[8] ubi servo ipso tendere debeat.

7. Si dominus servi supplicia distulerit et servus praesens fuerit, continuo domino ille qui repetit solem collegere[9] et ad septem noctes placitum facere[10] debet ut servum suum ad supplicium tradat.

Tit. 39. [1] etwa: Sklavenpresser (s. den Inhalt des Titels). [2] verführen, (ihrem Herrn) abspenstig machen, entführen. [3] in die Sklaverei verkaufen. [4] statt juratores det. soll er Eideshelfer stellen.

Tit. 40. [1] Brett. [2] Rutenhiebe. [3] Die folgenden Worte fehlen in der besten Handschrift. [4] so werde ihm bei seinem Herrn nichts mehr anvertraut (vgl. Tit. 46 § 1 am Ende), d. h. so scheide er sofort aus dessen Dienst. [5] Schläge. [6] Wert des gestohlenen Gutes. [7] werde er getötet. [8] statt praestum, bereit. [9] gleichbedeutend mit collocare. Vgl. Tit. 37 Anm. 6 u. hier unten Anm. 11. [10] Termin

8. Quod si ad septem noctes servo ipso tradere distulerit, solem ei qui repetit collecit[11]. Et sic iterum ad alias septem noctes placitum faciat id est XIV noctes de prima admonitione compleantur[12].

9. Quod si impletis XIV noctibus servum suum noluerit suppliciis dare, omnem causam vel compositionem dominus servi in se excipiat, non quale servus sed quasi ingenuus hoc admisit[13] totam legem[14] super se solviturum suscipiat.

10. Quod si servus absens fuerit cui aliquid imputatur, tunc repetens domino servi secrecius tribus testibus praesentibus admonere debet ut servum infra VII noctis praesentare debeat. Si infra septem noctes non eum praesentaverit tunc repetens solem ei cum testibus collegare debet et sic ad alias septem noctes placitum faciat. Quod si nec ad alias septem noctis ipsum servum non praesentaverit, terciam vicem adhuc septem testibus illi spacium dare debet, id est ut totus numerus XXI noctis veniant. Quod si post placitum ipsum servum noluerit ligatum[15] suppliciis praesentare et repetens per singulos placitos solem colligaverit tunc dominus servi omnem reppetitionem[16] sicut superius diximus, non quale servo sed quasi ingenuus hoc admisit, talem compositionem requirentem restituat.

11. Si vero ancilla tale crimine invenitur, unde servus castrare debuerat, ancilla aut CCXL dinarios qui faciunt solidos VI, si convenerit, pro ipsa dominus reddat aut CXLIV jectus accipiat flagellorum.

Titel 41.

De homicidiis ingenuorum.

1. Si quis ingenuo franco aut[1] barbarum qui legem salega[2] vivit occiderit cui fuerit adprobatum VIIIM dinarios qui faciunt solidos CC culpabilis judicetur.

2. Si vero eum in poteum aut sub aqua miserit aut de ramnis aut de quibuslibet rebus celaturus texerit XXIVM dinarios qui faciunt solidos DC culpabilis judicetur.

3. Si vero eum qui in truste dominica[3] fuit aut mulierem ingenuam occiderit *Malb. leodem* hoc est XXIVM dinarios qui faciunt solidos DC culpabilis judicetur.

4. Si vero eam in aquam aut in poteum miserit aut de quibuslibet celaturis texerit *Malb. matheleode* hoc est LXXIIM dinarios qui faciunt solidos MDCCC culpabilis judicetur. Si vero eam cum alesum[4] percopuerit[5], DC solidos judicetur.

---

setzen. [11] soll (abermals) die Sonne dem Rückfordernden untergehen; d. h. dieser soll sich abermals zum Herrn des Sclaven begeben, Bestrafung verlangen und bis Sonnenuntergang auf deren Vollziehung warten. Nach anderer Auffassung ist solem collocare transitiv als „(dem Gegner) die Sonne satzen“ aufzufassen, der Sinn übrigens derselbe. [12] auf 14 Tage nach der ersten Aufforderung. [13] begangen hätte. [14] die ganze gesetzliche Strafe. [15] gebunden, gefesselt. [16] Den ganzen Betrag der Forderung.

Tit. 41. [1] aut ist hier erläuternd: das heißt. [2] lege salica. [3] königliche Gefolgschaft; trustis: Schutzschar. [4] vielleicht hallus (Dürrholz) oder callus (Steinmasse). [5] bedecken. [6] Gefolgsmann. [7] Kolone, Höriger. [8] Kreuzweg.

5. Si quis vero Romano homine conviva[6] rege occiderit cui fuerit adprobatum XIIM dinarios qui faciunt solidos CCC culpabilis judicetur.

6. Si vero Romano possessore et conviva regis non fuerit, qui eum occiderit IVM dinarios qui faciunt solidos C culpabilis judicetur.

7. Si vero Romanum tributarium[7] occiderit solidos LXIII culpabilis judicetur.

8. Si quis vero hominem in quadruvio[8] invenerit sine manus et sine pedes quem inimici sui demisserunt et eum perocciderit cui fuerit adprobatum *Malb. frio ferto* hoc est IVM dinarios qui faciunt C culpabilis judicetur.

9. Si quis hominem ingenuum in poteum jactaverit et vivus inde exierit *Malb. aliofedo* hoc est IVM dinarios qui faciunt solidos C culpabilis judicetur.

Titel 42.

De homicidio in contubernio[1] facto.

1. Si quis colecto contubernio hominem ingenuo in domo sua adsalierit et ibi eum occiderit, si in truste dominica[2] fuit ille qui occisus est, *Malb. ambistaile* hoc est LXXIIM dinarios qui faciunt solidos MDCCC culpabilis judicetur.

2. Si vero in truste dominica non fuit ille qui occisus est, XXIVM dinarios qui faciunt solidos DC culpabilis judicetur.

3. Si vero corpus occisi hominis tres vel amplius habuerit plagas, tres quibus inculpatur qui in eo contubernio fuisse probantur legem superius compraehensa[3] cogantur exsolvere. Alii vero tres de eo contubernio MMMDC dinarios hoc est nonaginus solidus solvant. Et tres adhuc in tertio loco de eo contubernio MDCCC dinarios qui faciunt solidos XLV culpabilis judicetur.

4. De Romanus vero vel[4] letis et pueris[5] haec lex superius compraehensa ex medietate solvatur.

5. Si quis villam alienam expugnaverit[6] et res ibi invaserit, si tamen probatio certa non fuerit, cum XXV juratores[7] medius electus[8] exsolvat[9]. Si juratores non potuerit invenire MMD dinarios qui faciunt solidos LXIII culpabilis judicetur.

Titel 43.

De homicidio in contubernio facto.

1. Si quis in convivio[1], ubi quinque fuerint, ex ipsis fuerit interfectus, illi qui remanent aut unum convictum[2] dare debent aut toti morte illa conjactent[3]. Quae lex usque ad septem qui fuerint, sic permanet.

Tit. 42 [1] Schar. [2] Vgl. Tit. 41 Anm. 3. [3] die oben genannte gesetzliche Strafe. [4] oder. [5] statt puer regius, wie Tit. 13 § 7 ergiebt; s. dort. [6] überfallen, eindringen. [7] Eideshelfer. [8] statt: ex medio electos, beliebig aus der Mitte des Volks genommen; sie brauchen also nicht Verwandte oder Nachbarn zu sein. Cap. inc. 814—840 haben dafür den Ausdruck: adsumat undecumque homines liberos; s. auch 4. Cap. z. lex Sal. Anm. 14. [9] sich befreien, lösen.

Tit. 43. [1] Gesellschaft. [2] überführt. [3] in Gesamtheit haften, zusammen

2. Si vero in convivio illo plus quam septem fuerint, non omnes teneantur obnoxii[4], sed quibus fuerit adprobatum, ille secundum legem conponat.

3. Si vero foris casa sive iter agens sive in agro positus[5] a contubernio fuerit interfectus, tres amplius habuerit plagas[6], tunc tres de eo contubernio qui adprobati fuerint, singillatim mortem illius conjactent[3]. Et tres si plures fuerint[8] MCC dinarios qui faciunt solidos XXX solvant. Et tres adhuc de eo contubernio DC dinarios qui faciunt solidos XV culpabilis judicentur.

Titel 44.

De reipus.[1]

1. Sicut adsolit homo moriens et viduam dimiserit[2] qui eam voluerit accipere[3], antequam sibi copulet ante thunginum[4] aut centenarium, hoc est ut thunginus aut centenarius mallo indicant et in ipso mallo scutum habere debet et tres homines tres causas demendare debent[5]. Et tunc ille qui viduam accipere debet, tres solidos aeque pensantes et denario habere debet. Et tres erunt qui solidos illius pensare vel probare debent, et hoc factum si eis convenit accipiat.

2. Si vero istud non fecerit et sic eam acciperit *Malb. reipus nihil sinus* hoc est MMD denarios qui faciunt solidos LXIII cui reipi debentur exsolvere debet.

3. Si vero quod superius diximus omnia secundum legem impleverit, tres solidos et denario ille cui reipi debeantur accipiat.

4. Si nepus sororis filius fuerit senussimus[6] ipse eos accipiat.

5. Si nepus non fuerit, neptis filius senior reipus illus accipiat.

6. Si vero neptis filius non fuerit, consobrine filius qui ex maternae genere venit, ille eos accipiat.

7. Si vero nec consobrine filius fuerit, tunc avunculus frater matris reipus ille accipiat.

8. Si vero nec adhuc avunculus fuerit, tunc frater illius qui eam mulierem ante habuit, si in hereditatem non est venturus, ipse eos reipus accipiat.

9. Et si nec ipse frater fuerit, qui proximior fuerit extra superiores nominatos singillatim dictim secundum parentilla usque ad sextum geniculum, si hereditatem illius mariti defuncti non accipiat, ille reipus illius accipiat.

10. Jam post sexto geniculum si non fuerint, in fisco reipus ipse vel causa quae exinde orta fuerit, colligatur.

---

büßen für den Tod. [4] als Schuldige. [5] sich aufhaltend. [6] mehr als drei Wunden. [8] Wenn noch drei mehr dabei gewesen sind.

Tit. 44. [1] Lösegeld für die Witwe, also etwa: Witibkauf, Witiblösung. [2] Wenn ein Mann bei seinem Tode eine Witwe hinterlassen hat. — Vgl. den Anfang von Tit. 46. [3] ehelichen. [4] Hundertschaftsvorsteher. [5] feierliche Eröffnung des Tings. [6] der älteste.

Titel 45.

De migrantibus.[1]

1. Si quis super[2] alterum[3] in villa[4] migrare[5] voluerit, si unus vel aliqui de ipsis qui in villa consistunt eum suscipere voluerit, si vel unus exteterit qui contradicat migranti ibidem licentiam non habebit.

2. Si vero contra interdicto unius vel duorum in villa ipsa adsedere praesumpserit, tunc ei testare[6] debet et si noluerit inde exire, ille qui testat cum testibus sic ei debet testare: Hic tibi testo in hac nocte proxima quod lex Saliga habet[7] sedeas[8] et testo tibi ut in[9] X noctes de villa ipsa egredere debeas. Postea adhuc post decem noctes iterum veniat ad ipsum et ei testet, ut iterum in decem noctes exeat. Si adhuc noluerit exire, item tertio decem noctis ad placitum[10] suum addatur ut sic XXX noctes impleatur. Si nec tunc voluerit exire, tunc maniat[11] eum ad mallum et testes super singula placita qui fuerunt[12] ibi praestos habeat. Si ipse cui testatum est noluerit inde exire et eum aliqua sunnis non tenuerit, et ista omnia quae superius diximus secundum legem est testatus, tunc ipse qui testavit super furtuna sua ponat[13] et roget grafionem ut accedat ad locum ut eum inde expellat. Et quia legem noluit audire, quod ibi laboravit[14] demittat[15] et insuper *Malb. vij drisittolo* hoc est MCC dinarios qui faciunt solidos XXX culpabilis judicetur.

3. Si vero quis migraverit et infra XII menses nullus testatus fuerit, securus sicut et alii vicini[16] maneat.

Titel 46.

De adfathamire.[1]

1. Hoc convenit observare, ut thunginus aut centenarius mallo indicant et scutum in illo mallo habere debent et tres homines tres causas demendare debent[2]. Postea requirent hominem qui ei non pertineat[3] et sic fistucum[4] in laisum jactet[5]. Et ipse in cui[6] laisum fistucam jactavit de furtuna sua dicat verbum quantum voluerit aut totam furtunam suam cui voluerit dare. Ipse in cujus laisum

Tit. 45. [1] Einwanderer, die sich eine neue Wohnstätte suchen, sich in einer Gemarkung (unter Urbarmachung von Land) ansiedeln. [2] bei. [3] ich vermute: der Singular statt des Plurals. [4] Gehöft, hier Dorf, Gemeinde. [5] sich einwohnen, ansiedeln. [6] feierlich gebieten (näml. fortzuziehen). [7] gemäß dem salischen Recht. [8] magst Du hier bleiben. [9] innerhalb. [10] Termin, Frist. [11] mannire: s. Tit. 1 Anm. 1. [12] bei den einzelnen Terminen; soll dem Sinn nach sich auch auf die bei der ersten testatio anwesenden Zeugen beziehen. [13] bürge (dafür) mit seinem Vermögen. Vgl. Tit. 50 Anm. 20. [14] bearbeitet hat, nämlich Land. [15] verlassen, überlassen. [16] Ansiedler. Vgl. fünftes Capitular zur lex Sal. (Ed. Chilp.) § 3 und die Ausführung dort Anm. 5.

Tit. 46. [1] Andre Lesarten: de hac famirem, de achramire, de affatomiae. Es handelt sich um Testamentserrichtung vor Gericht, zunächst Ernennung eines Treuhänders; adfathamire wohl dem Wortsinn nach = an den Busen nehmen, in die Familie aufnehmen. [2] Vgl. den Anfang von Tit. 44. [3] wohl: nicht zur Familie des Testators gehört; andre Ansicht: nicht Muntmann des Testators ist. [4] Rohr, Stab. [5] er (der Testator) soll dem Zugezogenen (Treuhänder) den Stab in den Schoß werfen. [6] Und er (der Testator) soll Dem, welchem er in den Schoß u. s. w.

fistucam jactavit, in casa ipsius[7] manere debet. Et hospites tres vel amplius collegere debet et de facultatem quantum ei creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante rege aut in mallo ille[8] cui furtuna sua depotavit[9] reddere debet et accipiat fistucam in mallo ipso. Ante XII menses[10] quos heredes appellavit[11] in laisum jactet[12] nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est.

2. Et si contra hoc aliquis aliquid dicere voluerit, debent tres testes jurati dicere quod ibi fuissent in mallo quem thunginus aut centenarius indixerit et quomodo vidissent hominem illum qui furtuna sua dare voluerit, in laisum illius quem jam elegit fistucam jactare: debent denominare illo[13] qui fortuna sua in laiso jactat et illo[13] quem heredem appellit similiter nominent. Et alteri tres testes jurati dicere debent quod in casa illius qui furtuna sua donavit ille in cujus laisu fistuca jactata est ibidem mansisset et hospites tres vel amplius ibidem collegisset et in beodum[14] pultis[15] manducassent et testes collegissent et illi hospites ei de susceptione gratias egissent. Ista omnia illi alii testes jurato[16] dicere debent et hoc quod in mallo ante regem vel legitimo mallo publico ille qui accepit in laisum furtuna ipsa aut ante regem aut in mallo publico legitimo, hoc est in mallobergo ante teoda[17] aut thunginum furtunam illam quos heredes appellavit publice coram populo fistucam in laiso jactasset; hoc est novem testes ista omnia debent adfirmare.

Titel 47.

De filtortis[1].

1. Si quis servum aut caballum vel bovem aut qualibet rem super[2] alterum agnoverit, mittat eum in tertia manu[3] et ille super quem cognoscitur, debeat agramire[3], et si citra Ligere[4] aut Carbonariam[5] ambo manent[6] et qui agnoscit et apud quem cognoscitur in noctis XL placitum faciant et inter ipso placito qui interfuerit qui caballo ipso aut venderit aut cambiaverit aut fortasse in solutionem dederit, omnes intro placito isto communiantur, hoc est ut unusquisque cum negotiatoribus alter alterum admoneat.

19. De mancipia[4] quae vendunt, ut in praesentia episcopi vel comitis sit, aut in praesentia archidiaconi aut centenarii aut in praesentia vicedomni aut judicis comitis aut ante bene nota testimonia[5]; et foris marca[6] nemo mancipium vendat. Et qui hoc fecerit, tantas vices bannos[7] solvat quanta mancipias vendidit; et si non habet pretium, in wadio[8] pro servo semet ipsum comiti donet usque dum ipsum bannum solvat.

— — —

21. Si comis in suo ministerio[9] justitias non fecerit, misso nostro de sua casa soniare faciat[10] usque dum justitiae ibidem factae fuerint; et si vassus noster justitiam non fecerit, tunc et comis et missus ad ipsius casa sedeant et de suo vivant quousque justitiam faciat.

22. Si quis pro faida[11] precium[12] recipere non vult, tunc ad nos sit transmissus, et nos eum dirigamus ubi damnum minime facere

---

5. [1] echte Ding. [2] vor. [3] hier ist wohl rationes zu lesen: Rechenschaft ablegen.

6. [1] seitens des Immunitätsrichters. [2] Leibschar, bewaffnetes Gefolge. [3] Vgl. l. Sal. Tit. 49 § 3. [4] Sklaven. [5] Zeugen. [6] aus dem Gau hinaus. [7] die Bannbuße. [8] Bürge. [9] Amtsbezirk. [10] Unterhalt gewähren. [11] für (zur Beilegung einer) Fehde. [12] als Sühne den gesetzlichen Bußbetrag.

potest. Simili modo et qui pro faida pretium solvere noluerit nec justitiam exinde facere, in talem locum eum mittere volumus ut per eum maior damnum non crescat.

23. De latronibus ita precipimus observandum, ut pro prima vice non moriatur, sed oculum perdat, de secunda vero nasus ipsius latronis abscidatur; de tertia vero culpa, si non emendaverit, moriatur.

7. Capitulare missorum generale.

802.

1. *De legatione a domno imperatore directa.* Serenissimus igitur et christianissimus domnus imperator Karolus elegit ex optimatibus suis prudentissimis et sapientissimos viros, tam archiepiscopis quam et reliqui episcopis simulque et abbates venerabiles laicosque religiosos et direxit in universum regnum suum, et per eos cunctis subsequentibus[1] secundum rectam legem vivere concessit. Ubi autem aliter quam recte et juste in lege aliquit esse constitutum, hoc diligentissimo animo exquirere jussit et sibi innotescere[2]: quod ipse donante Deo meliorare cupit. — — Et ut ipsi missi diligenter perquirere, ubicumque aliquis homo sibi injustitiam factam ab aliquo reclamasset, sicut Dei omnipotentis gratiam sibi cupiant custodire et fidelitate sibi promissa conservare; ita ut omnino in omnibus ubicumque, sive in sanctis ecclesiis Dei vel etiam pauperibus, pupillis et viduis adque cuncto populo legem pleniter adque justitia exhiberent secundum voluntatem et timorem Dei. Et si tale aliquit esset quod ipsi per se cum comitibus provincialibus emendare et ad justitiam reducere nequissent, hoc absque ulla ambiguitate[3] cum brebitariis[4] suis ad suum[5] referent judicium; et per nullius hominis adulationem vel praemium nullius quoque consanguinitatis defensione vel timore potentum rectam justitia via impediretur ab aliquo.

2. *De fidelitate promittenda domno imperatori.* Praecepitque, ut omni homo in toto regno suo, sive ecclesiasticus sive laicus, unusquisque secundum votum et propositum suum, qui ante fidelitate sibi regis nomine promisissent[6], nunc ipsum promissum nominis caesaris[7] faciat; et hii qui adhuc ipsum promissum non perficerunt omnes usque ad duodecimo aetatis annum[8] similiter faciant. [Folgt Erläuterung, welche Pflichten der Treueid auferlegt; sodann folgen Vorschriften für Geistliche].

25. Ut comites et centenarii ad omnem justitiam faciendum compellent et juniores tales in ministeriis suis habeant, in quibus securi confident, qui legem adque justitiam fideliter observent, pauperes nequaquam oppriment, fures latronesque et homicidas, adulteros, malificos adque incantatores[9] vel auguriatrices[10] omnesque sacrilegos[11] nulla adulatione vel praemium nulloque sub tegimine celare

---

7. [1] allen unten Genannten. [2] mitteilen. [3] Zweifel, Bedenken. [4] Schreiben, Bericht. [5] des Kaisers. [6] ihm als König den Treueid geleistet haben. [7] ihm als Kaiser. [8] alle über zwölf Jahre alten. [9] Beschwörer, Zauberer. [10] Wahr-

audeat sed magis prodere, ut emendentur et castigentur secundum legem, ut Deo largiente omnia haec mala a christiano populo auferatur.

26. Ut judices secundum scriptam legem juste judicent, non secundum arbitrium suum.

27. Precipimusque ut in omni regno nostro neque divitibus neque pauperibus neque peregrinis nemo hospitium denegare audeat, id est sive peregrinis propter Deum perambulantibus terram sive cuilibet iteranti propter amorem Dei et propter salutem animae suae tectum et focum et aquam illi nemo deneget. — —

28. *De legationibus a domno imperatore venientibus.* Missis directis ut comites et centenarii praevideant omni sollicitudine, sicut gratia domni imperatori cupiunt, ut absque ulla mora eant per ministeria eorum. — — —

29. De pauperinis vero qui[12] in sua elymosyna domnus imperator concedit qui pro banno suo solvere debent[13], ut eos judices, comites vel missi nostri pro concesso non habeant constringere parte sua[14].

— — —

8. Capitulare legibus additum.

803.

Haec sunt capitula quae domnus Karolus magnus imperator jussit scribere in consilio suo et jussit eas ponere inter alias leges.

1. De homicidiis clericorum. Si quis subdiaconum occiderit, CCC solidos componat; qui diaconum CCCC; qui presbiterum DC; qui episcopum DCCCC solidos componat; qui monachum CCCC solidis culpabilis judicetur.

2. Si quis in emunitatem damnum aliquid fecerit, DC solidos componat. Si autem homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris[1] comittens infra emunitatem fugerit, mandet comes vel episcopo vel abbati vel vicedomino vel quicumque locum episcopi vel abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit et eum reddere noluerit, in prima contradictione solidos XV culpabilis judicetur; si ad secundam inquisitionem eam reddere noluerit, XXX solidis culpabilis judicetur; si nec ad tertiam consentire noluerit, quidquid reus damnum fecerat, totum ille qui eum infra emunitatem retinet nec reddere vult, solvere cogatur, et ipse comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra emunitatem quaerendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem statim in prima inquisitione comiti responsum fuerit, quod reus infra emunitatem quidem fuisset sed fuga lapsus sit, statim juret[2] quod ipse eum ad justitiam cujuslibet disfaciendam fugire non fecisset, et sit ei in hoc sa-

sagerinnen. [11] Gotteslästerer. [12] statt: quibus. [13] eine Baunbuße erließ. [14] nicht ihrerseits die erlassene Buße eintreiben.

8. [1] außerhalb (des Immunitätsbezirks). [2] der Antwortende. [3] Schar.

tisfactum. Si autem intranti in ipsam emunitatem comiti collecta manu[3] quilibet resistere temptaverit, comes hoc ad regem vel ad principem deferat ibique judicetur, ut, sicut ille qui in emunitatem damnum fecit, DC solidos componere debuit, ita qui comiti collecta manu resistere praesumpserit DC solidis culpabilis judicetur.

3. Si quis ad ecclesiam confugium fecerit[4], in atrio[5] ipsius ecclesiae pacem habeat, nec sit ei necesse ecclesiam ingredi, et nullus eum inde per vim abstrahere praesumat; sed liceat ei confiteri[6] quod fecit et inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico[7] perducatur.

4. Si quis hominem in judicio injuste contra alio altercantem[8] adjuvare per malum ingenium praesumpserit atque inde coram judicibus vel comite increpatus fuerit[9] et negare non potuerit, solidis XV culpabilis judicetur.

5. Si quis de libertate sua fuerit interpellatus et timens ne in servitium cadat aliquem de propinquis suis, per quem[10] se in servitium casurum timens, occiderit id est patrem, matrem, patruelem, avunculum vel quamlibet hujusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc perpetraverit moriatur, agnatio vero et consanguinetas ejus in servitium cadat. Et si negaverit se illum occidisse, ad novem vomeres[11] ignitos judicio Dei examinandus accedat.

6. Qui res suas pro anima sua ad casam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram testibus legitimis; et quae actenus in hoste[12] factae sunt traditiones, de quibus nulla est quesitio, stabilis permaneant. Si vero aliquis alii res suas tradiderit[13] et in hoste profectus fuerit et ille cui res traditae sunt interim mortuus fuerit, qui res suas tradidit cum reversus fuerit, adhibitis testibus coram quibus traditio facta est res suas recipiat; si autem et ipse mortuus fuerit, heredes ejus legitimi res traditas recipiant.

7. Si quis per cartam ingenuitatis[14] a domino suo legitime libertatem est consecutus, liber permaneat. Si vero aliquis eum injuste inservire temptaverit, et ille cartam ingenuitatis suae ostenderit et adversarium se inservire velle comprobaverit, ille qui hoc temptavit multam quae in carta scripta est, solvere cogatur. Si vero carte non paruerit[15], sed jam ab illo qui eum inservire voluerit disfacta[16] est, weregeldum ejus componat, duas partes illi quem inservire voluerit, tertiam regi, et ille iterum per praeceptum regis libertatem suam conquirat.

8. Liber qui se loco wadii[17] in alterius potestatem commiserit ibique constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco wadii suscepit aut damnun solvat aut hominem in mallo productum demittat, perdens simul debitum propter quod eum in wadium sus-

---

[4] geflohen ist. [5] Vorhalle. [6] beichten. [7] vor Gericht. [8] anstreiten. [9] angeklagt wird. [10] durch dessen Zeugnis. [11] eiserne Pflugscharen (über welche der Angeschuldigte mit nackten Füßen zu laufen hat). [12] in einem Feldzug. [13] seine Immobilien (zwecks Verwaltung) übergeben hat. — Schroeder R.-G. S. 269 will den Satz von einer traditio cartae verstehen, der eine Gewerenübertragung eigentlich hätte folgen sollen, aus der aber mangels der letzteren kein vererbliches Recht entsteht. [14] Freiheitsbrief. [15] vorgezeigt werden kann. [16] vernichtet. [17] als Pfand, Bürge.

cepit; et qui damnum fecit, demissus juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si vero liberam feminam habuerit usque dum in pignus extiterit et filios habuerit, liberi permaneant.

9. Omnia debita quae ad partem regis solvere debent, solidis duodecim denariorum solvant, excepto freda quae in lege Saliga scripta est; illa eodem solido, quo caeterae compositiones solvi debent componatur.

10. Si quis causam judicatam repetere in mallo praesumpserit ibique testibus convictus fuerit aut quindecim solidos componat aut quindecim ictus ab scabinis qui causam prius judicaverunt accipiat.

11. Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium adsumatur et cui is contra quem testimoniari debent nullum crimen possit indicere.

9. Capitulare missorum.

803.

1. De ecclessiis emendandis, et ubi in unum locum plures sunt quam necesse sit, ut destruantur quae necessaria non sunt, et alia conserventur.

2. Ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut excommunicationes passim et sine causa non fiant.

3. Ut missi nostri scabinios, advocatos, notarios per singula loca elegant et eorum nomina, quando reversi fuerint, secum scripta deferant.

4. De his qui legem servare contempserint, ut per fidejussores ad praesentiam regis deducantur.

5. Ut illi qui haribannum[1] solvere debent coniectum[2] faciant ad haribannitorem[3].

6. De fugitivis ac peregrinis, ut distringantur[4], ut scire possimus qui sint aut unde venerint.

7. Ut bauga[5] et brunias[6] non dentur[7] negotiatoribus.

8. De mensuris, ut secundum jussionem nostram aequales fiant.

9. Ut non mittantur testimonia super[8] vestitura domni Pippini regis.

10. Ut nec colonus nec fiscalinus foras mitio[9] possint aliubi traditiones facere.

11. Ut nullus praesumat hominem in juditio mittere sine causa, nisi judicatum fiat[10].

12. Ut liber homo, qui in monasterio regulari comam[11] deposuerit et res suas ibidem delegavit, promissionem factam secundum regulam firmiter teneat.

13. Ut omnia quae wadiare[12] debent juxta quod in lege con-

---

9. [1] Heersteuer, Kriegssteuer. [2] Abgabe. [3] Königliche Kriegssteuererheber; die Steuer soll also nicht an die Grafen gezahlt werden. [4] festnehmen. [5] Armschienen. [6] Panzer. [7] verkauft werden. [8] Es sollen nicht Zeugen vorgebracht werden betreffs, d. h. es darf nicht mehr angefochten werden. [9] außerhalb ihres Verantwortungs-, d. h. Gerichtsbezirks. Vgl. Erstes Capitular z. l. Sal. Anm. 2. [10] falls er nicht seine Verurteilung herbeiführen kann. [11] Haar. [12] Strafen, für

tinet, pleniter secundum ipsam legem rewadiata fiant; et in postmodum vel domnus rex vel ille cuius causa est juxta quod ei placuerit misericordiam faciat.

14. De episcopis, abbatibus comitibus qui ad placitum nostrum non venerunt.

15. Ut nullus ebrius[13] suam causam in mallo possit conquirere; nec placitum comes habeat nisi jejunus.

16. Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum.

17. De missis nostris discurrentibus[14] vel caeteris hominibus propter utilitatem nostram iter agentibus[14], ut nullus mansionem contradicere[15] praesumat.

18. De canibus, qui in dextro armo[16] tunsi sunt, ut homo qui eum habuerit cum ipso cane in praesentia regis veniat.

19. Ut populus interrogetur de capitulis quae in lege noviter addita sunt; et postquam omnes consenserint, subscriptiones et manufirmationes suas in ipsis capitulis faciant.

20. Ut nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quaerere aut si alter ei quaerere debet[17], exceptis scabineis septem qui ad omnia placita praeesse debent.

21. De falsis testibus ut non recipiantur.

22. Ut nullus praesumat per vitam regis et filiorum ejus jurare.

23. De illis Saxonibus qui uxores non habent.

24. De signatis qui mentiendo vadunt[18].

25. Ut missi nostri qui jam breves detulerunt de adnuntiatione, volumus ut adhuc adducant de opere[20].

26. Quantum moram faciunt[21] in unoquoque loco et quot homines secum habeant.

27. De prudentia et constantia missorum nostrorum.

28. De falsis monetariis[22] requirendum est.

29. Si aliae res fortuitu non praeoccupaverint, VIII Kalendas Julias, id est missa sancti Johannis baptistae, ad Magontiam sive a Cabillionem generale placitum nostrum habere volumus.

10. Capitulare missorum in Theodonis villa datum secundum, generale.

805.

— — —

5. De armis infra patria non portandis, id est scutis et lanceis et loricis; et si faidosus sit[1], discutiatur tunc quis e duobus contrarius

deren Zahlung Bürgschaft geleistet werden muß. [13] trunken. [14] umherreisen. [15] ihrer Aufnahme, Beherbergung sich zu widersetzen. [16] an der rechten Schulter geschoren: das Abzeichen der königlichen Hunde. [17] die an einem Prozeß Beteiligten. [18] Bedeutung unsicher; statt signatis liest eine Handschrift sinnadis; vielleicht: Gesellschaften, die sich zum Götzendienst versammeln. — Boretius in den Mon. I S. 116 denkt an unrichtige Grenzzeichen. Vgl. Cap. miss. Aquisgr. v. 810 § 2. [19] Schreiben übersandt, Bericht erstattet haben. [20] über die Ausführung (ihrer Visitationsreise). [21] Aufenthalt nehmen (nämlich die missi). [22] Falschmünzer.

sit ut pacati sint, et distringantur ad pacem, etiamsi noluerint; et si aliter pacificare nolunt, adducantur in nostram praesentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum et manum quam perjuravit[2] perdat et insuper bannum dominicum solvat.

6. De armatura in exercitu, sicut ante in alio capitulare commendavimus, ita servetur, et insuper omnis homo de duodecim mansis brunea[3] habeat: qui vero bruniam habens et eam secum non tullerit, omne beneficium cum brunia pariter perdat.

— — —

9. De iuramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris; excepto his sacramentis quae juste secundum legem alteri ab altero debetur. Et infantis, qui antea non potuerunt propter juvenalem aetatem jurare, modo fidelitatem nobis repromittant.

— — —

18. De falsis monetis, quia in multis locis contra justitiam et contra edictum fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro, nisi forte iterum a nobis aliter fuerit ordinatum; illi tamen denarrii qui modo monetati sunt, si pensantes et meri fuerint, habeantur.

19. De heribanno[4] volumus, ut missi nostri hoc anno fideliter exactare[5] debeant absque ullius personae gratia, blanditia seu terrore secundum jussionem nostram; id est ut de homine habente libras sex in auro, in argento, bruneis, aeramento[6], pannis integris, caballis, boves, vaccis vel alio peculio, et uxores vel infantes non fiant dispoliati pro hac re de eorum vestimentis, accipiant legittimum heribannum, id est libras tres. Qui vero non habuerint amplius in suprascripto praecio nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur; qui autem non habuerit amplius nisi duas libras, solidi decem; si vero una habuerit, solidi quinque, ita ut iterum se valeat[7] praeparare ad Dei servitium et nostram utilitatem. Et nostri missi caveant et diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium subtrahant nostram justitiam, alteri tradendo aut commendando.

20. Census regalis, undecumque legittime exiebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis sive de rebus.

11. Capitula missorum de exercitu promovendo.

808.

1. Ut omnis liber homo, qui quatuor mansos vestitos de proprio suo sive de alicujus beneficio habet, ipse se praeparet et per se in hostem pergat, sive cum seniore suo si senior ejus perrexerit sive cum comite suo. Qui vero tres mansos de proprio habuerit,

---

10. [1] in Fehde lebt. [2] den gebrochenen (Friedens-)Eid schwor. [3] Panzer. [4] Heeressteuer. [5] eintreiben. [6] Erz, Metall. [7] vermögen.

huic adjungatur qui unum mansum habeat et det illi adjutorium, ut ille pro ambobus possit. Qui autem duos habet de proprio tantum, jungatur illi alter qui similiter duos mansos habeat, et unus ex eis, altero illum adjuvante, pergat in hostem. Qui etiam tantum unum mansum de proprio habet, adjungantur ei tres qui similiter habeant et dent ei adjutorium, et ille pergat tantum; tres vero qui illi adjutorium dederunt domi remaneant.

— — — —

4. De hominibus comitum casatis[1] isti sunt excipiendi et bannum rewadiare[2] non jubeantur: duo qui dimissi fuerunt cum uxore illius et alii duo, qui proper ministerium[2] ejus custodiendum et servitium nostrum faciendum remanere jussi sunt. In qua causa modo praecipimus, ut quanta ministeria unusquisque comes habuerit, totiens duos homines ad ea custodienda domi dimittat, praeter illos duos quos cum uxore sua; ceteros vero omnes secum pleniter habeat vel, si ipse domi remanserit, cum illo qui pro eo in hostem proficiscunter dirigat. Episcopus vero vel abbas duo tantum de casatis et laicis hominibus suis domi dimittant[3].

— — —

9. Volumus ut homines fidelium nostrorum, quos nobiscum vel ad servitium nostrum domi remanere jussimus, in exercitum ire non compellantur, sed et ipsi domi remaneant vel in servitio dominorum suorum. Neque heribannum rewadiare jubeantur illi homines, qui anno praeterito nobiscum fuerunt.

12. Capitula Karoli Magni.

803—813.

1. Nemini liceat servum suum propter dampnum a se dimittere, sed juxta qualitatem culpae dominus ejus pro ipso servo respondeat aut componat quicquid ille fecit usque ad super plenam leudem[1] liberi hominis; quicquid super hoc fuerit, in regis juditio esse videtur.

2. Si inventus fuerit quis cartam falsam fecisse aut falsum testimonium dixisse, manum perdat aut redimat.

3. Si quis homo liber peccato imminente, quod absit, patrem aut matrem, avunculum vel nepotem interfecerit, hereditatem propriam amittat. — — —

4. Ut homines fiscalini sive coloni aut servi in alienum dominium commorantes, a priore domino requisiti, non aliter eisdem concedantur, nisi ad priorem locum; ubi prius visus fuit mansisse, illuc revertatur et ibi diligenter inquiratur de statu ipsius cum cognatione ejus.

---

11. [1] angesiedelte Knechte. [2] Bannbuße zahlen. [3] Lehensgüter. [4] Vgl. hierzu Cap. de reb. exerc. von 811 c. 4.

12. [1] Wergeld.

13. Capitula omnibus cognita facienda.

801—814.

— — —

2. Ut liberi homines nullum obsequium comitibus faciant nec vicariis neque in prato neque in messe[1] neque in aratura aut vinea et conjectum vel residuum eis resolvant, excepto servitio quod ad regem pertinet et ad haribannitores vel his qui legationem ducunt.

— — —

14. Capitulo a misso cognita facta.

803—813.

1. In primis de banno domni imperatoris et regis, quem per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundoburde[1] aecclesiarum, viduarum, orfanorum et de minus potentum personarum atque de raptu et de exercitali placito instituto, ut hi qui ista irrumperint bannum dominicum omnimodo componant.

2. De decimis et nonis[2] atque justitia aecclesiarum Dei, ut studeatis dare et facere sicut lex est.

3. Qui beneficium domni imperatoris et aecclesiarum Dei habet, nihil exinde ducat in suam hereditatem[3], ut ipsum beneficium destruatur.

— — —

15. Capitulare Aquisgranense.

809.

Capitula quae domnus imperator Aquis palatio de illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem dijudicati fuerint et postea vita eis fuerit concessa, si ipsi justitiam ab aliis requisierint aut ab eis justitiam quaerere voluerit, qualiter inter eos juditium terminetur.

1. Primum omnium de illis causis pro quibus judicatus fuit ad mortem nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suae secundum judicium Francorum in publico fuerint vocatae. Et si aliquod in postmodum, postquam ei vita concessa est, cum justitia adquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat secundum legem. In testimonio non suscipiatur nec inter scabinos legem judicandum locum non teneat. Et si ad sacramentum aliquid ei judicatum fuerit quod jurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, cum arma contendat.

2. Si alicui post judicium scabiniorum fuerit vita concessa, et ipse in postmodum aliqua mala perpetraverit et justitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit et ideo justitiam reddere non

---

13. [1] Ernte.
14. [1] Schutz. [2] Zehntabgaben. [3] Allodialvermögen.

debeat, statutum est ut superiorem juditium[1] sustineat, quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliquid male fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam justitiam requirendi de causis perpetratis postquam ad mortem judicatus est; de praeteritis maneat, sicut supra dijudicatum fuit.

— — —

13. Ut in locis ubi mallos publicos habere solent, tectum tale constituatur, quod in hiberno et in aestate ad placitos observandos usus esse possit.

14. Ut sacramenta quae ad palatium[2] fuerunt adrhamita[3] in palatio perficiantur; et si consacramentales homines[4] cum ipso[5] venire renuerint[6], jussione dominica cum indiculo aut sigillo[7] ad palatium venire cogantur.

16. Capitulare missorum Aquisgranense alterum.

809.

— — —

13. De judeis constitutum est, ut si aliquis judeus super christiano propter suam querellam aliquid interpellaverit et cum testibus fuerit ei judicatum adprobare, III testes idonei cristiani illi sufficiant, et habeat judeus secundum estimationem rei IIII aut VIIII aut VII. Si vero christianus judeum interpellare voluerit et de qualibet re, similiter cum tribus testibus idoneis christianis vel tribus judeis illi sufficiat. Statutum est, ut nullus de judeis in die dominica christianum hominem in suo opere collocare[1] presumat; et si repertum fuerit et conlocaverit, perdat ipse judeus quod proinde dederit, et ipse christianus fiat correptus[2], ita ut alii in die dominica opus servile agere non audeant.

17. Capitulare missorum Aquisgranense primum.

810.

— — —

2. Ut missi sive comites illorum missos transmittunt contra illos, qui mentiendo vadunt[1], ut eos convincant.

3. Ut ante vicarium et centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur aut adquiratur, nisi semper in praesentia missorum imperialium aut in praesentia comitum.

— — —

13. Herisliz[2] qui factum habent per fidejussores ad regem mittantur.

---

15. [1] Todesurteil. [2] sc. regis. [3] hier: feierlich anberaumen. Die Bedeutung eines feierlichen Versprechens hat das ursprünglich (s. l. Sal. Tit. 37 und 47) „an sich nehmen" besagende Wort dadurch erhalten, daß es für das an sich nehmen der festuca gebraucht wurde. [4] Eideshelfer. [5] der Eidespflichtige. [6] sich weigern. [7] mittels Brief und Siegel.

16. [1] beschäftigen. [2] angepackt, gestraft.

17. [1] Vgl. Cap. missorum v. 803 c. 24. [2] Fahnenflucht, Entweichen aus dem Heer.

18. Capitula de rebus exercitalibus in placito tractanda.

811.

— — —

2. Quod pauperes se reclamant expoliatos esse de eorum proprietate; et hoc aequaliter clamant super episcopos et abbates et eorum advocatos et super comites et eorum centenarios.

3. Dicunt etiam quod quicumque proprium suum episcopo, abbati vel comiti aut judici vel centenario dare noluerit, occasiones quaerunt super illum pauperum, quomodo eum condempnare possint et illum semper in hostem faciant ire, usque dum pauper factus volens nolens suum proprium tradat aut vendat; alii vero qui traditum habent absque ullius inquietudine domi resideant.

4. Quod episcopi et abbates sive comites dimittunt eorum liberos homines ad casam in nomine ministerialium, similiter et abbatissae: hi sunt falconarii, venatores, telonearii, praepositi, decani et alii qui missos recipiunt et eorum sequentes.

5. Dicunt etiam alii, quod illos pauperiores constringant et in hostem ire faciant, et illos qui habent quod dare possint ad propria dimittunt.

6. Dicunt et ipsi comites, quod alii eorum pagenses non illis obediant nec bannum domni imperatoris adimplere volunt, dicentes quod contra missos domni imperatoris pro heribanno debeant rationem reddere non contra comitem; etiam etsi comes suam domum illi in bannum miserit[1], nullam exinde habeat reverentiam, nisi intret in domum suam et faciat quaecumque ei libitum fuerit.

— — —

8. Sunt iterum et alii qui remanent et dicunt, quod seniores eorum domi resideant et debeant cum eorum senioribus pergere, ubicumque jussio domni imperatoris fuerit. Alii vero sunt qui ideo se commendant ad aliquos seniores, quos sciunt in hostem non profecturos.

— — —

19. Capitulare bononiense.

811.

1. Quicumque liber homo in hostem bannitus fuerit et venire contempserit, plenum heribannum, id est solidos sexaginta, persolvat, aut si non habuerit, unde illam summam persolvat semetipsum pro wadio in servitium principis tradat, donec per tempora ipse bannus ab eo fiat persolutus; et tunc iterum ad statum libertatis suae revertatur. Et si ille homo qui se propter heribannum in servitium tradidit in illo servitio defunctus fuerit, heredes ejus hereditatem, quae ad ejus pertinent, non perdant nec libertatem, nec de ipso heribanno obnoxii fiant.

---

18. [1] frohnen.

2. Ut non per aliquam occasionem, nec de wacta[1] nec de scara[2] nec de warda[1] nec de heribergare[3] neque pro alio banno heribannum comes exactare praesumat, nisi[4] missus noster prius[4] heribannum ad partem nostram recipiat et ei suam tertiam partem exinde per jussionem nostram donet. Ipse vero heribannus non exactetur neque in terris neque in mancipiis, sed in auro et argento, palleis[5] adque armis et animalibus atque pecoribus sive talibus speciebus quae ad utilitatem pertinent.

3. Quicumque homo nostros honores[6] habent in ostem bannitus fuerit et ad condictum placitum non venerit, quot diebus post placitum condictum venisse comprobatus fuerit, tot diebus abstineat a carne et vino.

4. Quicumque absque licentia vel permissione principis de hoste reversus fuerit, quod factum Franci herisliz dicunt, volunt ut antiqua constitutio id est capitalis sententia erga illum puniendum custodiatur.

5. Quicumque ex his qui beneficium principis habent parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem dimiserit et cum eo ire et stare noluerit, honorem suum et beneficium perdat.

6. Ut in hoste nemo parem suum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicumque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur, ut in bibendo sola aqua utatur, quousque male fecisse cognoscat.

7. De vassis dominicis qui adhuc intra casam serviunt et tamen beneficia habere noscuntur statutum est, ut quicumque ex eis cum domno imperatore domi remanserint, vassallos suos casatos secum non retineat, sed cum comite cujus pagenses sunt ire permittat.

8. Constitutum est, ut secundum antiquam consuetudinem praeparatio ad hostem faciendam[7] indicaretur et servaretur, id est victualia de marca ad tres menses[8] et arma atque vestimenta ad dimidium annum. Quod tamen ita observari placuit, ut his qui de Reno ad Ligerem[9] pergunt, de Ligere initium victus[10] sui computetur; his vero qui de Ligere ad Renum iter faciunt, de Reno trium mensium victualia habenda esse dicatur; qui autem trans Renum sunt et per Saxoniam pergunt, ad Albiam marcam esse sciant; et qui trans Ligerem manent atque in Spaniam proficisci debent, montes Pirineos marcam sibi esse cognoscant.

9. Quicumque liber homo inventus fuerit anno praesente cum seniore suo in hoste non fuisse, plenum heribannum persolvere cogatur. Et si senior vel comis illius eum domi dimiserit, ipse pro eo eundem bannum persolvat; et tot heribanni ab eo exigantur, quot homines domi dimisit. Et quia nos anno praesente unicuique duos homines quos domi dimitteret concessimus, illos volumus ut missis nostris ostendant, quia his tantummodo heribannum concedimus.

---

19. [1] Wachtdienst. [2] Schardienst. [3] Bewirtung, mansiones facere. [4] sondern erst. [5] Zeuge, Kleidungsstücke. [6] königliche Lehen. [7] seitens der Grafen, Bischöfe, Äbte u. s. w. [8] in solcher Menge, daß sie von (dem Aufbruch von) der Grenze an noch 3 Monate reichen. [9] Loire. [10] Grenze von der die normierte Zeit für die Unterhaltungspflicht beginnt. [11] statt: rectoris, des Vorstehers.

10. Constitutum est ut nullus episcopus aut abbas aut abbatissa vel quislibet rector aut custos aecclesiae bruniam vel gladium sine nostro permisso cuilibet homini extraneo aut dare aut venundare praesumat, nisi tantum vassallis suis. Et si evenerit, ut in qualibet ecclesia vel in sancto loco plures brunias habeat quam ad homines rectores[11] ejusdem ecclesiae sufficiant, tunc principem idem rector interroget, quid de his fieri debeat.

11. Ut quandocumque navigium mittere volumus, ipsi seniores in ipsis navibus pergant, et ad hoc sint praeparati.

20. Capitulare Aquisgranense.

801—813.

— — —

4. Ut qui beneficium nostrum habent bene illud immeliorare in omni re studeant; et ut missi nostri hoc sciant.

5. Ut vicarii nostri vel centenarii a servo regis mancipia ne emant. Et ut ipsi vicarii de hereditate, foris[1] heredibus si extiterit, ad opus[2] nostrum recipiatur, ne illud fraudetur.

6. De his qui a litterarum conscriptione ingenui fuerint, si sine traditione mortui fuerint, hereditas eorum ad opus nostrum recipiatur; nec comis nec vicarius illud sibi societ, sed ad opus nostrum revocetur. Similiter volumus, ut banni nostri de illis unde censa exigunt, ut ipsa censa ad nostrum opus vel ubi nos jubemus veniant.

7. De hereditate inter heredes si contentiose egerint, et rex missum suum ad illam divisionem transmiserit, decimum mancipium et decimam virgam hereditatis[3] fisco regis detur.

— — —

9. De hoste pergendi, ut comiti in suo comitatu per bannum unumquemque hominem per sexaginta solidos in hostem pergere bannire studeat, ut ad placitum denuntiatum ad illum locum ubi jubetur veniant. Et ipse comis praevideat quomodo sint parati, id est lanceam, scutum et arcum cum duas cordas, sagittas duodecim. De his uterque habeat. Et episcopi, comites, abbates hos homines habeant, qui hoc bene praevideant et ad diem denuntiati placiti veniant et ibi ostendant, quomodo sint parati. Habeant loricas vel galeas[4] et temporalem hostem[5] id est aestivo tempore.

— — —

11. Ut comites, unusquisque in suo comitatu carcerem habeat; et judices atque vicarii patibulos[6] habeant.

12. Ut homines boni generis[7], qui infra comitatum inique vel injuste agunt, in praesentia regis ducantur; et rex super eos districtionem faciat[8] carcerandi, exiliandi usque ad emendationem illorum.[9]

— — —

20. [1] ohne. [2] Vermögen. [3] die zehnte Rute, d. h. der zehnte Teil des Grundbesitzes. [4] Helm. [5] Kriegsrüstung. [6] Gefängnis. [7] Vornehme, Reiche. [8] Strafe vollstrecken läßt. [9] ihrer Missethaten. [10] Verwalter königlicher Landgüter, Gutsinspector.

14. Ut episcopi et abbates advocatos habeant, et ipsi habeant in illo comitatu propriam hereditatem; — — —

— — —

16. Quod nullus seniorem suum dimittat postquam ab eo acciperit valente solido uno, excepto si eum vult occidere aut cum baculo caedere vel uxorem aut filiam maculare seu hereditatem ei tollere.

— — —

18. De forestis, ut forestarii bene illas defendant, simul et custodiant bestias et pisces. — — —

19. Ut vilicus[10] bonus, sapiens et prudens in opus nostrum eligatur, qui sciat rationem misso nostro reddere et servitium perficere. — — —

20. Et si quis de fidelibus nostris contra adversarium suum pugnam seu aliquod certamen agere voluit, et convocavit ad se aliquem de comparis suis ut ei adjutorium praebuisset, et ille noluit et exinde neglegens permansit, ipsum beneficium quod habuit auferatur ab eo et detur ei qui in stabilitate et fidelitate sua permansit.

21. Capitulare de justiciis faciendis.

811—813.

1. De termino causarum et litium statuimus, ut ex quo bonae memoriae domnus Pippinus rex obiit et nos regnare coepimus causae vel lites inter partes factae atque exortae discutiantur et congruo sibi judicio terminentur; prius vero, id est ante obitum praedicti domni Pippini regis, causae commissae vel omnino non moveantur vel salvae usque ad interrogationem nostram reserventur.

2. Ut episcopi, abbates, comites et potentiores quique, si causam inter se habuerint ac se pacificare noluerint, ad nostram jubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio aliubi dijudicetur neque propter hoc pauperum et minus potentium justitiae remaneant. Neque comes palatii nostri potentiores causas sine nostra jussione finire praesumat, sed tantum ad pauperum et minus potentium justitias faciendas sibi sciat esse vacandum.[1]

— — —

4. Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res[2] reddendas vel mancipia judicetur, sed ista aut in praesentia comitis vel missorum nostrorum judicentur.

— — —

8. Volumus, ut propter justitias quae usque modo de parte comitum remanserunt, quatuor tantum mensibus in anno missi nostri legationes suas exerceant in hieme Januario, in vero Aprili, in aestate Julio, in auctumno Octobrio. Ceteris vero mensibus unus-

21. [1] vertreten. [2] Grundstücke. [3] Sprengel.

quisque comitum placitum suum habeat et justitias faciat. Missi autem nostri quater in uno mense et in quatuor locis habeant placita sua cum illis comitibus, quibus congruum fuerit ut ad eum locum possint convenire.

— — —

12. Ut unusquisque missorum nostrorum in placito suo notum faciat comitibus, qui ad ejus missaticum[3] pertinent, ut in illis mensibus quibus ille legationem suam non exercet, conveniant inter se et communia placita faciant, tam ad latrones distringendos quam ad ceteras justicias faciendas.

13. Ut missi nostri populum nostrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant secundum consuetudinem jamdudum ordinatam. — — —

22. Capitula vel missorum vel synodalia.

813?

— — —

12. Ut nonas et decimas donent qui res ecclesiarum habent sicut jussio est domni regis.

— — —

14. De usuris omnino non accipiendis.

23. Capitula francia singillatim tradita.

4. Et centenarii generalem placitum frequentius non habeant propter pauperes; sed cum illos super quos clamant injuste patientes et cum majoribus natu et testimoniis necessariis frequenter placitum teneant; ut hi pauperes, qui nullam causam ibidem non habeant, non cogantur in placitum venire nisi bis aut ter in anno.

---

8. Si quis seniorem suum dimittere voluerit et ei approbare potuerit unum de his criminibus: id est primo capitulo, si senior eum injuste in servitio redigere voluerit; secundo capitulo, si in vita ejus consiliaverit; tertio capitulo, si senior vassalli sui uxorem adulteraverit; quarto capitulo, si evaginato[1] gladio super eum occidere voluntarie occurrerit; quinto capitulo, si senior vassalli sui defensionem facere potest, postquam ipse manus suas in ejus commendaverit[2] et non fecerit, liceat vassallum eum dimittere. Qualecumque de istis quinque capitulis senior contra vassallum suum perpetraverit, liceat vassallum eum dimittere.

---

23. [1] aus der Scheide gezogen, gezückt. [2] Form der Kommendation und Huldigung.

c. Capitularien Ludwigs des Frommen.

24. Capitula legi addita.

816.

In nomine domini Jesu Christi. Hludowicus divino nutu coronatus, Romanum regens imperium, seremissimus augustus omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus seu cunctis fidelibus nostris. Capitula quae nobis addere placuit haec sunt.

1. Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum producti fuerint, quos ille falsos esse suspicatur, liceat ei contra eos alios testes, quos meliores putaverit, opponere, ut meliorum testimonio pejorum testium perversitas devincatur. Quod si ambae partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum scutis et fustibus[1] in campo decertent, utra pars falsitatem, utra veritatem sequatur. Et camphioni[2] qui convictus fuerit propter perjurium quod ante pugnam commisit, dextera manu amputetur; ceteri vero ejusdem partis testes, qui falsi apparuerunt, manus suas redimant. Et in seculari quidem causa hujuscemodi testium diversitas campo comprobetur; in ecclesiasticis autem negotiis crucis judicio[3] rei veritas inquiratur. Hoc et de timidis adque imbecillibus sive infirmis, qui pugnare non valent, ut nullatenus propter hoc justitias suas careant, censuimus faciendi. Testes vero de qualibet re non aliunde nisi de ipso comitatu, in quo res unde causa agitur posita est, congregentur, quia non est credibile, ut de statu hominis vel de possessione ejus per alios melius cognosci rei veritas possit quam per illos qui vicini sunt.

2. Si quis in aliena patria[4], ubi vel propter beneficium vel propter aliam quamlibet occasionem conversari solet, de qualibet causa fuerit interpellatus, ibi secundum suam legem[5] justitiam faciat et cum talibus quales in ea regione vel provincia secum habere potuerit conjuratoribus[6] legitimum sacramentum juret. Excepto si quis eum de statu suo, id est de libertate sua vel de hereditate, quam ei pater suus moriens dereliquit, appelaverit: de his duobus liceat illi sacramentum in patria[7], id est in legitimo sacramenti loco, jurandum offerre; et is qui cum eo litigat, si velit, sequatur illum in patriam suam ad recipiendum illud sacramentum. Ipse tamen primo in eodem loco satisfaciat tam comiti et judicibus quam adversario suo testibus producendo, quod rem quam ab eo quaerit pater suus ei dereliquid.

3. Ut omnis solutio adque compositio, que lege Salica con-

---

24. [1] Stock. [2] Kampf. [3] Kreuzprobe: die Gegner stehen mit kreuzweis ausgestreckten Armen; wer sie zuerst sinken läßt, ist unterlegen. [4] in einem andern Gau (wobei hier zunächst speziell an einen solchen gedacht wird, der einem andern Stammesgebiet und daher Rechtsterritorium angehört). [5] Heimatsrecht, Stammesrecht. [6] Eideshelfer. [7] Heimatsgau.

tinetur, in Francia per duodecim denariorum solidos componatur, excepto ubi contentio inter Saxones et Frisiones exorta fuit: ibi volumus ut quadraginta denariorum quantitatem solidus habeat, quem vel Saxo vel Frisio ad partem Salici Franci cum eo litigantis solvere debet.

4. Ut de statu suo, id est de libertate vel hereditate, compellandus juxta legis constitutionem manniatur. De ceteris vero causis unde quis rationem est redditurus, si post secundam comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eis in bannum missis venire et justitiam facere compellatur.

5. Cujuscumque hominis proprietas ob crimen aliquod ab eo commissum in bannum fuerit missa, et ille re cognita ne justitiam faciat venire distulerit annumque ac diem in eo banno esse permiserit, ulterius eam non adquirat, sed ipsa fisco regis societur. Debitum vero, quod is, cujus ea fuit, solvere debuit, per comitem ac ministros ejus juxta estimationem damni de rebus mobilibus, que in eadem proprietate invente fuerint his quibus idem debitor fuit, exsolvatur. Quod si rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compositionem non sufficerit, de immobilibus suppleatur, et quod superfuerit, sicut dictum est, fiscus regis possedeat; si nihil super compositionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. Si autem homo ille nondum cum suis coheredibus proprium suum divisum habuit, convocet eos comes et cum eis legitimam divisionem faciat et tunc, sicut jam dictum est, partem ejus fisco regis addicat, et compositionem de ea juxta modum superius comprehensum hiis ad quos illa legibus pertinet exsolvat.

25. Capitula legibus addenda.

818. 819.

1. *De honore ecclesiarum.* Si quis aut ex levi causa aut sine causâ hominem in ecclesia interfecerit, de vita componat. Si vero foris rixati fuerint et unus alterum in ecclesiam fugerit et ibi se defendendo eum interfecerit, si hujus facti testes non habuerit, cum duodecim conjuratoribus legitimis per sacramentum adfirmet se defendendo eum interfecisse, et post haec sexcentos solidos ad partem eclesiae quam illo homicidio polluerat et insuper bannum nostrum solvere cogatur; is vero qui interfectus est absque compositione jaceat; ac deinde interfector secundum judicium canonicum congruam facinori quod admisit paenitentiam accipiat. Si proprius servus hoc commiserit, judicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et si manus ejus exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit, dominus ejus juxta quod wirgildus illius est ad ecclesiam persolvat aut eum, si voluerit, eidem ecclesiae tradat. De ecclesiastico et fiscalino et beneficiario servo volumus, ut pro una vice wirgildus ejus pro eo componatur, altera vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes

illius perveniat. Si in atrio ecclesiae, cujus porta reliquiis sanctorum consecrata est, hujuscemodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur vel componatur; si vero porta ecclesiae non est consecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, sicut componi debet quod in immunitate violata committitur.

2. *De injuriis sacerdotum in ecclesiis factis.* Sanguinis effusio in ecclesia facta cum fuste[1], si presbiter fuerit, triplo componatur duas partes eidem presbitero, tertia pro fredo ad ecclesiam, insuper bannus noster. Similiter de diacono juxta compositionem ejus in triplo cum banno nostro componatur; de subdiacono similiter triplo secundum suam compositionem, et de unusquisque ordinis clerico secundum suam compositionem triplum persolvatur et insuper bannus noster. Et qui non habet, unde ad ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem ecclesiae, usque dum totum debitum persolvat.

3. *De viduis et pupillis et pauperibus.* Ut quandocumque in mallum ante comitem venerint, primo eorum causa audiatur et definiatur. Et si testes per se ad causas suas quaerendas habere non potuerint vel legem nescierent, comes illos vel illas adjuvet, dando eis talem hominem qui rationem eorum teneat[2] vel pro eis loquatur.

4. *De raptu viduarum.* Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis suae vel invitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum id est sexaginta solidos in triplo componat; et si invitam eam duxit, legem suam[3] ei componat, illam vero ulterius non adtingat.

5. *De homine publicam paenitentiam agente interfecto.* Qui hominem publicam paenitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat et wirgildum ejus proximis ejus persolvat.

6. *Ut omnis homo liber potestatem habeat, ubicumque voluerit, res suas dare pro salute animae suae*[4]. Si quis res suas pro salute animae suae vel ad aliquem venerabilem locum vel propinquo suo vel cuilibet alteri tradere voluerit, et eo tempore intra ipsum comitatum fuerit, in quo res illae positae sunt, legitimam traditionem facere studeat. Quodsi eodem tempore, quo illas tradere vult, extra eundem comitatum fuerit, id est sive in exercitu sive in palatio sive in alio quolibet loco, adhibeat sibi vel de suis pagensibus vel de aliis, qui eadem lege vivant, qua ipse vivit, testes idoneos vel, si illos habere non potuerit, tunc de aliis, quales ibi meliores inveniri possint, et coram eis rerum suarum traditionem faciat, et fidejussores vestiturae donet qui ei qui illam traditionem accipit, vestituram faciat. Et postquam haec traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de praedictis rebus valeat facere repetitionem; insuper et ipse per se fidemjussionem faciat[4] ejusdem vestiturae, ne heredi ulla occasio remaneat hanc traditionem immutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus suis divisas habuit, non ei hoc sit impedimento; sed coheres ejus, si sponte noluerit, aut per comitem aut per missum ejus distringatur,

---

25. [1] Stock. [2] als Rechtsbeistand. [3] die ihr gesetzlich zustehende Buße. [4] identisch mit fidem facere. [5] s. l. Rib. 36, 11. [6] Falken. [7] Schwert.

ut divisionem cum illo faciat, ad quem defunctus hereditatem suam voluit pervenire. Et si cuilibet ecclesiae eam tradere rogavit, coheres ejus eam legem cum illa ecclesia de praedicta hereditate habeat, qua cum alio coherede suo habere debebat. Et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos; postea ipsae res ad immunitatem ipsius ecclesiae redeant.

7. *De homicidiis prohibendis.* Quicumque hominem aut ex levi causa aut sine causa interfecerit, wirgildum ejus his, ad quos ille pertinet, componat. Ipse vero propter talem praesumptionem in exilium mittatur, ad quantum tempus nobis placuerit: res tamen suas non amittat.

8. *Quid in compositione wirgildi dari non debeat.* In compositione wirgildi volumus ut ea dentur quae in lege continentur[5], excepto accipitre[6] et spata[7], quia propter illa duo aliquoties perjurium committitur, quando majoris pretii quam illa sint esse jurantur.

9. *De raptu alienarum sponsarum.* Si quis sponsam alienam rapuerit aut patri ejus aut ei, qui legibus ejus defensor esse debet, cum sua lege eam reddat, et quidquid cum ea tulerit, semotim unamquemque rem secundum legem reddat. Et si hoc defensor ejus perpetrari[9] consenserit et ideo raptori nihil quaerere voluerit, comes singulariter de unaquaque re freda nostra ab eo exactare[10] faciat. Sponso vero legem suam componat et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvat, vel in praesentiam nostram comes eum advenire faciat, et quanto tempore nobis placuerit, in exilio maneat, et illam feminam ei habere non liceat.

10. *De falsis testibus convincendis*[11].

11. *De proprio in bannum misso*[12].

12. *De mannire*[13].

13. *De faidis cohercendis.* Si quis aliqua necessitate cogente homicidium commisit, comes in cujus ministerio res perpetrata est et compositionem solvere et faidam per sacramentum pacificari faciat; quodsi una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est aut ille qui homicidium commisit aut is qui compositionem suscipere debet, faciat illum qui ei contumax fuerit ad praesentiam nostram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi castigetur, ut comiti suo inoboediens esse ulterius non audeat et majus damnum inde non adcrescat.

14. *Ubi sacramenta juranda sint.* Ubi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adhramire[14] vel jurare, ibi mallum[15] habeatur et ibi sacramenta jurentur; mallus tamen neque in ecclesia neque in atreo ejus habeatur. Minora vero placita comes sive intra suam potestatem vel ubi impetrare potuerit habeat. Volumus utique ut domus a comite in loco ubi mallum tenere debet, construatur, ut propter calorem solis vel pluviam publica utilitas non remaneat.

15. *De his qui de furto accusati fuerint.* Si liber homo de

---

[8] einzeln. [9] die Ausführung der Entführung. [10] beitreiben. [11] entspricht cap. v. 816 c. 1. [12] entsprechend ebenda c. 5. [13] entsprechend ebenda c. 4. [14] über adrhamine vgl. l. Sal. Tit. 37 Anm. 3. [15] das echte Ding. [16] tractoria ist

furto accusatus fuerit et res proprias habuerit, in mallo ad praesentiam comitis se adrhamiat[14]; et si res non habet, fidejussores donet, qui eum adrhamire et in placitum adduci faciant. Et liceat ei prima vice per sacramentum se secundum legem idoneare, si potuerit. At si alia vice duo vel tres eum de furto accusaverint, liceat ei contra unum ex his cum scuto et fuste in campo contendere. Quod si servus de furto accusatus fuerit, dominus ejus pro eo emendet aut eum sacramento excuset, nisi tale furtum perpetratum habeat, propter quod ad supplicium tradi debeat.

16. *De dispectu literarum dominicarum.* Si quis literas nostras dispexerit, id est tractoriam[16], quae propter missos recipiendos dirigitur, aut honores, quos habet, amittat, aut in eo loco, ubi praedictos missos suscipere debuit, tamdiu resideat et de suis rebus legationes illuc venientes suscipiat, quousque animo nostro satisfactum habeat. Qui vero epistolam nostram quocumque modo dispexerit, jussu nostro ad palatium veniat et juxta voluntatem nostram congruam stulticiae suae castigationem accipiat. Et si homo liber vel ministerialis comitis hoc fecerit, honorem qualemcumque habuerit, sive beneficium amittat; et si servus fuerit, nudus ad palum[17] vapulet[18] et caput ejus tondeatur.

17. *De injustis teloneis et consuetudinibus.*

18. *De his, qui denarios bonos accipere nolunt.*

19. *De adulteratoribus monetae.*

20. *De proprio dominico sine jussione illius reddito.* Si quis proprium nostrum, quod in vestitura genitoris nostri fuit, alicui quaerenti reddiderit sine nostra jussione, aliud tantum nobis de suo proprio cum sua lege[19] componat. Et quicumque illud scienter per malum ingenium adquirere temptaverit, pro infidele teneatur, quia sacramentum fidelitatis quod nobis promisit, irritum fecit[20], et ideo secundum nostram voluntatem et potestatem dijudicandus est.

21. *De pueris invitis parentibus detonsis aut puellis velatis.*[21]

26. Capitulare missorum.

819.

Legatio omnium missorum nostrorum haec est.

1. Primo ut — — justitiam faciant de rebus et libertatibus injuste ablatis; et si episcopus aut abbas aut vicarius aut advocatus aut quislibet de plebe hoc fecisse inventus fuerit, statim restituatur. Si vero vel comes vel actor dominicus vel alter missus palatinus hoc perpetravit et in nostram potestatem redegit, res diligenter investigata et descripta ad nostrum judicium reservetur.

2. Volumus autem, ut de his libertatibus et rebus reddendis

---

speziell ein auf Gestellung von Transportmitteln gerichteter Befehl; dann auch jede einen Befehl enthaltende Urkunde. [17] an einen Pfahl. [18] Schläge bekommen. [19] Buße. [20] nichtig machen, d. h. vernichten, brechen. [21] d. h. ins Kloster gesteckt.

quae in nostra vestitura sunt primo per optimos quosque inquiratur; et si per illos inveniri non possit, tunc per eos qui post illos in illa vicinia[1] meliores sunt; et si nec per illos rei veritas inveniri potest, tunc liceat litigantibus ex utraque parte testes adhibere; et si discordaverint[2], secundum constitutionem a nobis promulgatam examinentur.[3]

— — —

4. De injustis occasionibus et consuetudinibus noviter institutis, sicut sunt tributa et telonei in media via, ubi nec aqua nec palus nec pons nec aliquid tale fuerit unde juste census exigi possit, vel ubi naves subtus pontes transire solent, sive in medio flumine, ubi nullum est obstaculum, ut auferantur; antiquae autem ad nostram notitiam deferantur.

— — —

14. De placitis siquidem quos liberi homines observare debent constitutio genitoris nostri[4] penitus observanda atque tenenda est, ut videlicet in anno tria solummodo generalia placita observent, et nullus eos amplius observare compellat, nisi forte quilibet aut accusatus fuerit aut alium accusaverit aut ad testimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad caetera vero, quae centenarii tenent, non alius venire jubeatur, nisi qui aut litigat aut judicat aut testificatur.

15. Ut de debito quod ad opus nostrum[5] fuerit rewadiatum[6], talis consideratio fiat, ut is qui ignoranter peccavit non totum secundum legem componere cogatur, sed juxta quod possibile visum fuerit; is vero, qui tantum mala voluntate peccavit, totam legis compositionem cogatur exsolvere.

— — —

19. Ut nullus episcopus nec abbas nec comis nec abbatissa centenarium comitis advocatum habeat[7].

— — —

23. Ut ubicumque ipsi missi aut episcopum aut abbatem aut alium quemlibet quocumque honore praeditum invenerint, qui justitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipsius rebus vivant, quamdiu in eo loco justitias facere debent.

24. Ut in illius comitis ministerio, qui bene justicias factas habet idem missi diutius non morentur neque illuc multitudinem convenire faciant, sed ibi moras faciant, ubi justitia vel minus vel neglegenter facta est.

25. Ut in illius comitis ministerio idem missi nostri placitum non teneant, qui in aliquod missaticum directus est, donec ipse fuerit reversus.

26. Ut missi nostri, qui vel episcopi vel abbates vel comites sunt, quamdiu prope suum beneficium fuerint, nihil de aliorum conjecto[8] accipiant; postquam vero inde longe recesserint, tunc acci-

---

26. [1] Dorfschaft, Ortschaft. [2] nicht übereinstimmen. [3] Vgl. Cap. leg. add. 816 c. 1. [4] dieselbe scheint verloren zu sein (Boretius). [5] Vermögen des Königs, Fiskus. [6] für welche Bürgschaft geleistet ist. [7] als Vogt habe. [8] Naturalabgaben zum Lebensunterhalt (Diäten). S. darüber cap. 29. [9] s. Capit. leg. add. 818, 819 (oben Nr. 24) Anm. 16. [10] Frischling, Kalb.

piant secundum quod in sua tractoria[9] continetur. Vassi vero nostri et ministeriales qui missi sunt, ubicumque venerint, conjectum accipiant.

— — —

29. De dispensa missorum nostrorum, qualiter unicuique juxta suam qualitatem dandum vel accipiendum sit: videlicet episcopo panes quadraginta, friskingas[10] tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii quatuor. Abbati, comiti atque ministeriali nostro unicuique dentur cottidie panes triginta, friskingas duas, de potu modii duo, porcellum unum, pulli tres, ova decem, annona ad caballos modii tres. Vassallo nostro panes decem et septem, friskinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo.

27. Capitula de justiciis faciendis.

ca. 820.

1. Ut pagenses[1] per sacramenta aliorum hominum causas non inquirantur nisi tantum dominicas. Adtamen comes ille, si alicujus pauperis aut impotentis personae causa fuerit, tunc comes ille diligenter, et tamen sine sacramento, per veriores et meliores pagenses inquirat.

2. Vult domnus imperator, ut in tale placitum quale ille nunc jusserit[2], veniat unusquisque comes et adducat secum duodecim scabinos si tanti fuerint: sin autem[3], de melioribus hominibus illius comitatus suppleat numerum duodenarium; et advocati tam episcoporum, abbatum et abbatissarum cum eis veniant.

— — — — —

28. Capitula missorum.

821.

— — —

9. Volumus ut uxores defunctorum post obitum maritorum terciam partem collaborationis, quam simul in beneficio collaboraverunt, accipiant. Et de his rebus quas is qui illud beneficium habuit aliunde adduxit vel comparavit vel ei ab amicis suis collatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum quam ad uxores eorum pervenire.

— — —

29. Admonitio ad omnes regni ordines.

823—825.

— — —

6.[1] Scolae sane ad filios et ministros ecclesiae instruendos vel edocendos, sicut nobis praeterito tempore ad Attiniacum promisistis

---

27. [1] statt: pagensium. Durch den Eid andrer (als der von der Partei als Eideshelfer beigebrachten) Personen aus dem Gau. [2] Konvente vor den missi. [3] falls so viele nicht vorhanden sind.

29. [1] dieser Satz wendet sich speciell an die Bischöfe. [2] auferlegen.

et vobis injunximus[2], in congruis locis, ubi necdum perfectum est, ad multorum utilitatem et profectum a vobis ordinari non neglegantur.

— — —

30. Commemoratio missis data.

825.

Primo ut conventum in duobus aut tribus locis congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire possint; et omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio: scilicet ad hoc esse se a nobis missos constitutos, ut si quilibet episcopus aut comes ministerium suum per quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat et cum eorum adjutorio ministerium suum adimpleat; et si talis causa fuerit quae per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur. Et si forte episcopus aut comes aliquid neglegentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur. Et omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, ut quicumque per neglegentiam aut incuriam vel impossibilitatem comitis justitiam suam adquirere non potuerit, ad eos primum querelam suam possit deferre et per eorum auxilium justitiam adquirere, et quando aliquis ad nos necessitatis causa reclamaverit, ad eos possimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipsi vero missi non sine certissima causa vel necessitate huc illucque discurrant. — — —

31. Legationis capitulum.

826.

— — Itaque volumus, ut medio mense Majo conveniant idem missi, unusquisque in sua legatione, cum omnibus episcopis, abbatibus, comitibus ac vassis nostris, advocatis nostris ac vicedominis abbatissarum nec non et eorum, qui propter aliquam inevitabilem necessitatem ipsi venire non possunt, ad unum locum; et si necesse fuerit propter opportunitatem conveniendi, in duobus vel tribus locis, vel maxime propter pauperes populi, ibi conventus habeatur, qui omnibus congruat. Et habeat unusquisque comes vicarios et centenarios suos secum, necnon et de primis scabinis suis tres aut quattuor. Et in eo conventu primum christianae religionis et ecclesiastici ordinis collatio fiat. Deinde inquirant missi nostri ab universis, qualiter unusquisque illorum, qui ad hoc a nobis constituti sunt, officium suum sibi commissum secundum Dei voluntatem ac jussionem nostram administret in populo, aut quam concordes atque unanimes ad hoc sint, vel qualiter vicissim sibi auxilium ferant ad ministeria sua agenda. — — Et si aliqua talis causa ad eorum notitiam perlata fuerit, quae illorum auxilio indigeat — —, tunc volumus, ut illuc pergant et ex nostra auctoritate illud corrigere studeant.

32. Capitularia Wormatiensia.[1]

829.

Capitula mundana.

1. De beneficiis destructis hoc observetur, quod in capitulare priori continetur, id est in libro quarto capitulo XXXVI[2]: Quicumque suum beneficium occasione proprii desertum habuerit, et intra annum postquam ei a comite vel misso nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.

2. Ut missi nostri, ubicumque malos scabinos inveniant, ejiciant, et totius populi consensu in locum eorum bonos eligant. Et cum electi fuerint, jurare faciant ut scienter injuste judicare non debeant.

3. Ut in omni comitatu hi, qui meliores et veratiores inveniri possunt, eligantur a missis nostris ad inquisitiones faciendas et rei veritatem dicendam; et ut adjutores comitum sint ad justitias faciendas.

4. Volumus, ut, quicumque de scabinis deprehensus fuerit propter munera aut propter amicitiam vel inimicitiam injuste judicasse, ut per fidejussores missus ad praesentiam nostram illum venire faciat. De cetero omnibus scabinis denuntietur, ne quis deinceps etiam justum judicium vendere praesumat.

5. Ubicumque commutationes tam tempore nostro quamque genitoris nostri legitimae et rationales atque utiles ecclesiis Dei factae sunt, permaneant. Ubicumque vero inutiles et incommodae atque irrationales factae sunt, dissolvantur, et recipiat unusquisque quod dedit. Ubi vero mortua manus interjacet[3], aut alia quaelibet causa, quae rationabilis esse videtur, inventa fuerit, diligenter describatur et ad nostram notitiam perferatur.

6. Quicumque comprobatus fuerit de eo, quod scienter testes in perjurium induxisset, sub fidejussione ad placitum nostrum venire compellatur, ut ibi cum fidelibus nostris consideremus quid de tali homine faciendum est.

7. De his, qui discordiis et contentionibus studere solent et in pace vivere nolunt et inde convicti fuerint, similiter volumus, ut sub fidejussoribus ad nostrum placitum veniant, ut ibi cum fidelibus nostris consideremus, quid de talibus faciendum sit.

— — —

12. Ut examen aquae frigidae quod actenus faciebant, a missis nostris omnibus interdicatur, ne ulterius fiat.

13. Quicumque vicarii vel alii ministri comitum tributum quod inferenda vocatur, majoris pretii a populo exigere praesumpsit, quam a missis bonae memoriae genitoris nostri constitutum fuit, hoc est duos solidos pro una vacca, hoc, quod injuste superposuit atque abstulit sibique retinuit, his, quibus hoc tulit, cum sua lege restituat et insuper fredum nostrum persolvat et ministerium amittat.

32. [1] Leges I, ed. Pertz S. 351. [2] der Sammlung des Ansegisus. [3] wo fiskalisches Gut in Betracht kommt.

14. Postquam comes et pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super quadraginta noctes sit bannus rescisus, quod in lingua Thiudisca scaftlegi, id est armorum depositio, vocatur.

15. Hoc missi nostri notum faciant comitibus et populo, quod nos in omni ebdomada[4] unum diem ad causas audiendas et judicandas sedere volumus. Comites autem et missi nostri magnum studium habeant, ne forte propter eorum neglegentiam pauperes crucientur et nos taedium propter eorum clamores patiamur, si nostram gratiam habere velint. Populo autem dicatur, ut caveat de aliis causis se ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri aut comites eis justitias facere noluerunt.

Capitula pro lege habenda.

— — —

4. Quicumque res alienas cuilibet homini vendiderit, et ipse homo easdem res alicui alteri dederit sive vendiderit, et ipse, qui tunc easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti, justitiae tollendae causa tradiderit, volumus adque firmiter praecipimus, ut si pater ejusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem ipse pater mortuus est, tunc legitimus ejus propinquus, qui juste ei tutor ac defensor esse videtur pro ipso rationem reddere compellatur. Similiter et de aliis omnibus justitiis ad eum pertinentibus, excepta sua legitima hereditate, quae ei per successionem parentum suorum legitime evenire debuit. Quod si quis hanc nostram jussionem contempserit vel neglexerit, sicut de ceteris contemptoribus ita de eo agatur. Is vero, qui easdem res primus invasit et injuste vendidit, necnon et emptores, excepta sola persona parvuli, quod fraudulenter admiserunt intra patriam[5] emendare cogantur et postea, sicut contemptores jussionis nostrae, sub fidejussoribus ad nostram praesentiam venire cogantur.

— — —

6. De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in terra dominica resident, ut propter res[6] alterius ad testimonium non recipiantur. Cumjuratores[7] tamen aliorum liberorum hominum ideo esse possunt, quia liberi sunt. Illi vero qui et proprium habent et in terra dominica resident, propter hoc non abjiciantur, quia in terra dominica resident; sed propter hoc ad testimonium recipiantur, quia proprium habent.

33. Capitula incerta.

814—840.

— — —

2. Homo de statu suo pulsatus[1], si is qui eum pulsat ad convincendum illum procinctum[2] habuerit, adhibeat sibi octo conjura-

---

[4] Woche. [5] Gau. [6] Grundeigentum. [7] Eideshelfer.

tores legitimos ex ea parte unde pulsatur, sive illa paterna sive materna sit, et quatuor aliunde non minus legitimos, et jurando vindilicet libertatem suam. Quodsi procinctus defuerint, adsumat undecumque XII liberos homines[3] et jurando ingenuitatem suam defendat.

3. Omnis controversia coram centenario definiri potest, excepto redditione terrae et mancipiorum, quae nonnisi coram comite fieri potest.

---

d. Capitularien Kaiser Ludwigs II.

34. Hludowici II imperatoris capitula excerpta.[1]

856.

Item capitula legis Salicae.

1. Ut loca, quod semel dedicata sunt ut monasteria sint, et maneant in perpetuum monasteria, nec possunt ultro fieri saecularia habitacula.

2. Ut virgines non velentur ante viginti quinque annos, nisi rationabili necessitate cogantur.

— — —

10. Aldiones publicum pertinentes aldiones vel aldianes ea lege vivant in Italia in servitute dominorum suorum, qua fiscalinus vel lidus vivunt in Francia.

Item de lege Ribuariense.

11. Si ingenuus ingenuam ictu percusserit, sol. XV culpabilis judicetur.

— — —[2]

24. De cartis, quae a quibusdam personis falsae appellantur, constituimus, ut si notarius superfuerit et testes, ipsi eam veram et idoneam faciant; et si testes mortui fuerint et notarius superfuerit, cum XII juratoribus veram et idoneam faciat.

---

33. [1] dem seine Freiheit abgestritten, der (als Kind eines Sklaven oder einer Sklavin) in Knechtschaft genommen wird. [2] wie das Folgende zeigt, eine Versammlung, zu der die Familie des als Knecht in Anspruch Genommenen auf erfolgte Ladung erscheint. [3] was die lex Salica (z. B. Tit. 42 § 5) juratores medii electi nennt.

34. [1] Leges I, ed. Pertz S. 442. [2] die hier folgenden Zusätze zur lex Ribuaria sind wörtliche Wiederholungen des Capitulars von 803 (s. oben S. 48).

9. Deutsche Reichsgesetze bis zum Interregnum.

1. Heinrici I et Karoli conventus Confluentiae.

922.

— — —

5. Ut aecclesiasticarum rerum judicia ad solos pertineant episcopos.

— — —

7. Item interrogatum est, quid de eo faciendum sit, qui christianum hominem vendiderit. Responsumque est ab omnibus, homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere[1].

8. Si quis vero laicus vel clericus seu utriusque sexus persona proprietatis suae loca vel res alicubi donare delegaverit, decimationum proventum[2] priori aecclesiae legitime assignatum inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere temptaverit, talis traditio irrita prorsus ducatur, et ipse ad emendationem aecclesiastica coerceatur censura.

— — —

2. Chuonradi II imperatoris edictum de beneficiis.

1037.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Omnibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, notum esse volumus, quod nos ad reconciliandos animos seniorum et militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes, et ut fideliter et perseveranter nobis et suis senioribus[1] serviant devote, praecipimus et firmiter statuimus, ut nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum aut marchionum vel comitum vel omnium, qui beneficium de nostris publicis bonis aut de ecclesiarum praediis nunc tenet aut tenuerit vel hactenus injuste perdidit, tam te nostris majoribus walwassoribus[2], quam et eorum militibus[3], sine certa et convicta culpa suum beneficium perdat nisi secundum constitutionem antecessorum nostrorum et judicium parium suorum. Si contentio fuerit inter seniores et milites, quamvis pares adjudicaverint illum suo beneficio carere debere, si ille dixerit hoc injuste vel odio factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior et ille, quem culpat, cum paribus suis ante praesentiam nostram veniant et ibi causa juste finiatur. Si autem pares culpati in judicio senioribus defecerint, ille, qui culpatur, suum beneficium teneat, donec ipse cum suo seniore et paribus suis ante praesentiam nostram veniant. Senior

---

1. [1] mache sich des Verbrechens — schuldig. [2] Zehntlast.

2. [1] Anführer (denen die Waffenpflichtigen eines Bezirks in den Krieg zu folgen hatten), vielfach zugleich Lehnsherrn ihrer Truppen. [2] Vasallen; w. majores: freie

autem aut miles, qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex hebdomadas antequam iter incipiat, ei cum quo litigaverit, innotescat[4]. Hoc autem de majoribus walvassoribus observetur. De minoribus vero in regno aut ante seniores aut ante nostrum missum eorum causa finiatur. Praecipimus etiam, ut cum aliquis miles, sive de majoribus sive de minoribus, de hoc seculo migraverit[5], filius ejus beneficium habeat. Si vero filium non habuerit et abiaticum[6] ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum walvassorum in dandis equis et armis suis senioribus. Si forte abiaticum ex filio non reliquerit et fratrem legitimum ex parte patris habuerit, si seniorem offensum habuit et sibi vult satisfacere et miles ejus effici, beneficium quod patris sui fuit, habeat. Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium[7] aut precariam[8] aut libellum[9] sine eorum consensu facere praesumat. Illa vero bona, quae tenet proprietario jure, aut per praecepta aut per rectum libellum sive per precariam, nemo injuste eos disvestire[10] audeat. Fodrum[11] de castellis quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus, illud vero, quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc jussionem infregerit, auri libras centum componat, medietatem camerae nostrae, et medietatem illi, cui dampnum illatum est.

3. Constitutio Heinrici II de causis amittendi feudi.

1039—1056.

Imperator augustus Heinricus secundus. De militum beneficiis, quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideoque ad rei publicae statum quaedam statuimus. Si quis ergo dominum suum interfecerit vel vulneraverit, ipsum dominum suamve dominam obsederit vel eum cucurbitaverit[1] vel contra ea, quae in fidelitate[2] nominantur, fecerit, vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione[3] beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget; si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat. Si quis autem suorum parium, idoneus[4] tamen, exinde se veritatem scire dixerit et per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat, edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non servierit, parium laudatione[5] beneficium amittat. Sed si hoc defendere voluerit, duos vel unum saltem parem ostendat, et cum his se servisse juret; et si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum servire juret. Si autem concorditer cum

Herren. [3] milites sind Vasallen der walvassores majores, heißen auch walvassores minores. [4] benachrichtigen. [5] d. h. gestorben ist. [6] für aviaticum, Enkel. [7] Tausch. [8] Leihe. [9] Verleihungsurkunde. [10] entkleiden, berauben, fortnehmen. [11] Fourage.

3. [1] zum Hahnrei machen. [2] Treuversprechen, Fidelitätseid. [3] unter Beistimmung, d. h. durch Urteil von Standesgenossen. [4] ein einwandsfreier Zeuge. [5] auferlegt.

domino suo se habuerit, dominum saepe videndo, tunc edicimus, ut probet per testes servitium fecisse, et per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum et vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint, vasallus domino se repraesentando servitium promittat, et, si necesse fuerit, hoc probet jurejurando saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato[5]. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, et dominus aliud servitium imposuerit, quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit, usque ad fruges feudatarias parium existimatione damnum resarciat. De aliis vero culpis, unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emendet.

4. Heinrichs IV. Gelöbnis zu Canossa.

28. Jan. 1077.

Ego rex Heinricus de murmuratione et dissensione, quam nunc habent contra me archiepiscopi et episcopi, abbates, duces et comites ceterique principes regni Teutonicorum, et alii qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem dominus papa Gregorius constituerit aut justitiam secundum judicium ejus aut concordiam secundum consilium ejus faciam nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit, quo transacto ad peragendum idem paratus ero.

Item si idem domnus papa Gregorius ultra montes seu ad alias terrarum partes ire voluerit, securus erit ex mei parte et eorum quos constringere potero, ab omni laesione vitae et membrorum ejus seu captione, tam ipse quam qui in ejus conductu vel comitatu fuerint seu qui ab illo mittentur vel ad eum de quibus cumque terrarum partibus venerint, in eundo et ibi morando seu inde redeundo; neque aliud aliquod impedimentum habebit ex meo consensu, quod contra honorem suum sit, et si quis ei fecerit, cum bona fide secundum posse meum illum adjuvabo.

Ita me Deus adjuvet et haec sancta evangelia.

5. Gottesfriede Heinrichs IV. zu Mainz.

1085.

Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus sancta ecclesia affligeretur, compatiendo tot pressuris totque periculis, subvenire illi Deo propitiante tractavimus, ut pacem quam peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus aliquatenus confirmaremus. Anno dominice incarnationis 1085. indictione[1] 8. Deo mediante[2] tam clero quam populo pari consentientibus voto constitutum est, ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem epiphaniae et ab intrante septuagesima usque in octavas pentecostas et per totam illam diem, omnique

---

5. [1] Der Indiktionscyklus umfaßt 15 Jahre und kam im römischen Reich (Steuerperiode) auf. Die erste Indiktion beginnt mit dem Jahr 313. [2] mit Gottes

feria[3] quinta, sexta, sabbato, dominica die, usque ad ortum solis secundae feriae, addita feria quatuor temporum[4] omnique apostolorum vigilia[5] cum die sequenti, insuper omni die canonice ad jejunandum vel feriandum[6] statuta vel statuenda, hoc pacis decretum teneatur, quatenus iterantium domique manentium securitatis sit tutissima traditio, ut cedes[7] et incendia, praedas et assultus[8] nemo faciat, nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere quemquam ledat, et nemo quamvis culpa faicosus[9] ab adventu Domini usque in octavas epiphanie et a septuagesima usque in octavas pentecostes tollere arma praesumat, vel gladium vel lanceam vel cujuscumque prorsus armaturae sarcinam[10]. Similiter in reliquis diebus, idem dominicis, quinta et sexta feria, sabbato omnique vigilia apostolorum cum die subsequenti, et omni die ad jejunandum sive feriandum canonice statuta vel statuenda non licet arma ferre nisi longe euntibus, ea tamen conditione ut nulli quolibet modo lesionem inferat. Si necesse fuerit alicui infra spacium condictae pacis in alium locum, quo pax ista non observetur ire, arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi impugnetur, ut se defendat, reversus autem iterum arma deponat. Si contigerit, ut castellum obsideatur, per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab impugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur et repugnare cogantur.

Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona impune violetur, ab omnibus dicta est sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, idem si homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit aut alio quolibet modo defectaverit, absque omni sumptuum aut amicorum interventione finibus confinium suorum expellatur, totumque predium ejus heredes sui tollant, et si beneficium habuerit, dominus ad quem pertinet illud accipiat. Si vero heredes sui aliquid illi postquam expulsus fuerit subsidium et sustentaculum impendisse inventi fuerint et convicti, predium illis auferatur et regiae dignitati mancipetur. Quod si se de objectis purgare voluerit, cum duodecim, qui eque nobiles ac liberi fuerint, juret. Si servus occiderit hominem, decolletur; si vulneraverit manu dextra truncetur[11]; si alio modo vel pugno vel lapide sive fuste vel quolibet modo percutiendo defectaverit, verberetur et decapilletur[12]. Si autem cui imputatur se innocentem probare voluerit, judicio aque frigide se expurget, ita tamen ut ipse et nemo alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens judicium quod in eum dictatum est aufugerit, perpetuae excommunicationi subiaceat, et in quocumque loco auditus fuerit, mittantur illuc litere, quibus denuntietur illum excommunicatum esse et quod nemo cum eo nulli communicare liceat. Non debet truncatio manuum in pueris fieri, qui nondum etatem duodecim annorum impleverint; si qui hanc transgressi sunt pueri, tantum verberibus castigentur. Non infringit pacem, si quis delinquentem servum vel discipulum vel quolibet modo sibi subjectum

Hilfe. [3] Tag (der Woche). [4] Anfangstage der vier Jahreszeiten. [5] Tage vor den Festtagen der Apostel. [6] feiern. [7] Mord. [8] Angriffe. [9] in Fehde befindlich. [10] Last, Bürde; arm. sarc. statt armaturam. [11] verstümmeln. [12] scheren.

scopis[13] vel fustibus cedi jusserit. Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si dominus imperator publice expeditionem fieri jusserit propter appetendos regni inimicos, vel concilium sibi habere placuerit, propter dijudicandos justicie adversarios. Non violatur pax, si interim dux aut alii comites vel advocati vel qui vicem illorum funguntur, placita habuerint et secundum quod lex habet in fures et predones et alios nocentes judicia exercuerint. Securitatis gratia omnibus precipue faicosis[9] hujus dominice pacis statuta est tradicio[14], sed non ut post expletam pacem rapere et predari per villas et per domos audeant, quia que in illos antequam ista pax statueretur lex et sententia dictata est diligentissime tenebitur, ut ab iniquitate proibeantur, quia predatores et grassatores[15] ab hac divina pace et ab omni prorsus excipiuntur. Si quis huic pie constitutioni contraire nititur, ut nec pacem Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum cantare presumat et nullam salutis curam[16] impendat; si infirmetur[17], nullus christianorum eum visitare presumat, et viatico[18] etiam nisi resipiscat[19] careat. Si quis autem illam[20] sive in presenti tempore sive in perpetuum apud posteros nostros violare presumpserit, a nobis irrecuperabiliter excommunicatus est. Non magis in comitum vel tribunorum[21] sive quorumlibet potentum quam in totius populi communiter potestate constare sanximus, ut vindictas supra memoratus violatoribus sancte pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendo amiciciam vel odium vel aliud quod justitiae contrarium sit exerceant, ne delicta aliquorum abscondant sed potius in publicum proferant. Nullus pro redimendis[22] qui in culpa deprehensi fuerant pecuniam accipiat. Mercatores in itinere quo negotiantur, rustici dum rusticali operi, arando, fodiendo, metendo et aliis hujusmodi operam dant, omni die pacem habeant. Mulieres autem et omnes sacris ordinibus adtitulati perpetua pace fruantur; in ecclesiis vero et ecclesiarum cimiteriis[23] honor et reverentia Deo prebeatur, ut si illuc confugerit raptor vel fur, minime capiatur, sed tamdiu ibi obsideatur, donec fame cogente ad deditionem cogatur. Si aliquis defensionem reo, arma, victum vel fugam moliri presumpserit, equali penae sicut reus subiacebit. Banno etiam nostro interdicimus, ne aliquis sacri ordinis hujus sanctae pacis transgressor convictus laicali vindicta puniatur, sed episcopo presentetur. Unde laici decollentur, inde clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur; et consensu laicorum crebris jejuniis[24] et verberibus usque ad satisfactionem affligantur. Amen.

[13] Ruten. [14] Festsetzung. [15] Wegelagerer. [16] Seelsorge. [17] erkranken. [18] die heilige Wegzehrung. [19] hier: bereuen. [20] sc. pacem. diesen Gottesfrieden. [21] tautologisch. [22] loskaufen. [23] Kirchhöfe. [24] Fasten.

6. Wormser Concordat.

1122.

a. Privilegium Calixti pape secundi.

Ego Calixtus episcopus servus servorum Dei tibi dilecto filio Heinrico Dei gratia Romanorum imperatori augusto concedo electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in presentia tua fieri, absque symonia et aliqua violentia; ut si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et comprovincialium consilio vel judicio, saniori parti assensum et auxilium prebeas. Electus autem regalia absque omni exactione[1] per sceptrum a te recipiat, et que ex his jure tibi debet, faciat. Exceptis omnibus, que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur. De quibus vero mihi querimoniam feceris, et auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium tibi praestabo. Do tibi veram pacem et omnibus, qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore hujus discordiae.

b. Preceptum Heinrici quarti imperatoris.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Heinricus Romanorum imperator augustus pro amore Dei et sancte Romanae ecclesiae et domni pape Calixti et pro remedio animae meae dimitto Deo et sanctis Dei apostolis Petro et Paulo sanctaeque catholicae ecclesiae omnem investituram per anulum et baculum et concedo in omnibus ecclesiis, que in regno vel imperio meo sunt, canonicam fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri, que a principio hujus discordie usque ad hodiernam diem sive tempore patris mei sive etiam meo, ablata sunt, que habeo, eidem sanctae Romanae ecclesiae restituo, que autem non habeo, ut restituantur, fideliter juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laycorum, que in guerra ista ammisse sunt, consilio principum vel justitia, que habeo, reddam, que autem non habeo, ut restituantur, fideliter juvabo. Et do veram pacem domino papae Calixto sanctaeque Romanae ecclesiae, et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana ecclesia mihi auxilium postulaverit, fideliter juvabo; et de quibus mihi fecerit querimoniam, debitam sibi faciam justitiam. Haec omnia acta sunt consensu et consilio principum, quorum nomina subscripta sunt. Adalbertus archiepiscopus Moguntinus (u. s. w.).

7. Sententia de non alienandis bonis comitatum.

1174.

— — Notum sit igitur universis imperii nostri fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod Guilelmus Forcalcherii comes prae-

6. [1] Abgabe.

sentiam nostrae maiestatis[1] adiit, postulans a nobis, ut eum de comitatu Forcalcherii investire dignaremur; cujus personam, sicut nostram decuit clementiam, honorifice suscipientes et petitionis suae affectum diligenter attendentes, habito cum principibus nostris consilio, praedicti comitatus investituram cum omnibus pertinentiis ejus in omni plenitudine honoris, sicut antecessores sui tenuere, in feudum ei solemniter dedimus et concessimus. Ipse vero fecit nobis hominium[2] et fidelitatem juravit, sicut quod per collatum beneficium ad omne mandatum nostrum stare proposuit, et honorem imperii et coronae nostrae gloriam usquequaque promovere firmissime compromisit. His itaque peractis comes sibi dari petit sententiam, si de jure in irritum[3] debet revocari, quidquid ab antecessoribus de jurisdictione et de jure hospitiorum[4] et dignitate comitatus alienatum esse constaret, sive per venditionem, donationem seu per quamlibet subtractionem spontaneam vel violentiam. Prolata igitur est sententia in medium a fideli nostro Henrico marchione Wercio de Vasto et ab omnibus unanimiter approbata, quod nequaquam firmum ac stabile deberet aut posset permanere, si quid de comitatus jurisdictione et dignitate ab aliquo supradictorum modorum fuisset alienatum vel diminutum, nulla in praesentibus futuris litibus defensione, subscriptione, praescriptione temporis huic restitutioni seu privilegio opponenda. Nos itaque eandem sententiam justam et ratam esse decernentes, jam dicto fideli nostro Guillelmo comiti comitatus dignitatem, jurisdictionem et regalia cum omni plenitudine honoris et utilitatis nostra imperiali authoritate restituimus et in perpetuum, salva imperiali justitia, confirmamus. — — —

8. Landfriede Friedrichs I.

1156.

Fredericus Dei gratia — —

1. Si quis hominem infra pacem constitutam occiderit, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illum occiderit. Si autem manifestum omnibus sit, quod non necessario, sed voluntate illum occiderit, tunc neque per duellum neque quolibet alio modo se excusabit, quin capitali dampnetur sententia. Si vero pacis violator a facie judicis fugerit, res ejus mobiles a judice in populo publicentur et dispensentur; heredes autem sui hereditatem, quam ipse tenebat, recipiant, tali conditione imposita, ut jure jurando spondeatur, quod ille pacis violator nunquam de cetero ipsorum voluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiant. Quod si heredes neglecto postmodum juris rigore, hereditatem ei dimiserint, comes eandem hereditatem regiae ditioni assignet et a rege jure beneficii recipiat.

2. Si quis alium infra pacis edictum vulneraverit, nisi duello, quod vitam suam defendendo hoc fecerit, probaverit, manus ei

7. [1] Friedrich I. [2] Hulde thun (homagium). [3] nichtig. [4] Zinsländereien.

amputetur, et sicut superis dictum est judicetur: judex ipsum, et res ejus secundum rigorem justitiae strictius consequatur.

3. Si quis alium ceperit, et absque effusione sanguinis fustibus percusserit, quod crines ejus aut barbam expilaverit, decem libras ei, cui injuria illata esse videtur, per compositionem impendat et judici triginta libras persolvat. Si vero temerarius absque percussione eum invadat, quod vulgo dicitur asteros hand[1] calida manu, verbis et contumeliis male tractaverit, decem libras pro tali excessu componat, et judici decem persolvat. Quicunque suo judici pro excessu viginti libras vadiaverit[2], praedium suum illi pro pignore tradat, et intra quatuor septimanas vadiatam pecuniam persolvat. Quod si intra quatuor septimanas praedium suum solvere neglexerit et heredes sui, si voluerint, hereditatem recipiant et comite intra sex septimanas viginti libras persolvant. Sin autem[3], comes eandem hereditatem regiae potestati consignet, proclamancium etiam damnum restituat, et praedium a rege beneficiali jure optineat.

4. Si clericus de pace violata pulsatus fuerit et notatus et proscriptus fuerit, aut pacis violatorem in contubernio suo habuerit: et de hiis in praesentia sui episcopi sufficienti testimonio convictus fuerit, comiti, in cujus comitatu idem clericus hoc perpetraverit, viginti libras persolvat, et de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit, non solum officio et beneficio ecclesiastico privetur, verum etiam tamquam proscriptus habeatur.

5. Si judex pacis aliquem violatorem clamore populi ad castrum alicujus domini secutus fuerit, dominus idem cujus esse castrum cognoscitur, ad faciendum justitiam illum producat; quod si de sua diffisus fuerit innocentia, et ante conspectum judicis venire formidaverit, si mansionem in castro habeat, dominus ejus omnia mobilia sub juramento judici repraesentet, et eum de cetero in domo sua tanquam proscriptum non recipiat; si vero mansionem in castro suo non habuerit, dominus ejus secure eum adducere faciat ac postmodum judex cum populo eum tamquam pacis violatorem persequi non desistat.

6. Si duo homines pro uno beneficio contendunt, et unus super eodem beneficio investitorem[4] producit, illius testimonium, cum investitor donum investiturae cognoscit, comes primo recipiat: et si idem probare poterit ydoneis testibus, quod absque rapina hoc idem beneficium habuit, remota controversiae materia id obtineat: quod si de rapina praesente judice convictus fuerit, rapinam dupliciter solvat, beneficio vero careat, nisi justitia et judicio dictante[5] illud in posterum requirat.

7. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes uterque diversos investitores, judex in cujus praesentia causa ventilatur, a duobus requirat boni testimonii hominibus, in provincia

---

8. [1] entsprechend dem älteren haistera hand, hitzig. [2] Bürgschaft geleistet hat. für, schuldig geworden ist. [3] falls die Erben die Strafe nicht rechtzeitig zahlen. [4] Übertrager der Gewere. [5] durch Recht und Gericht. [6] von zweien Alterna-

eorundem litigatorum commorantibus, per sacramentum, quod juraverint, quis illorum absque rapina ejus beneficii possessor extitit, et cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quiete obtineat, nisi judicio et justitia dictante alter de manu sua illud eripiat.

8. Si rusticus militem de violata pace pulsaverit, de manu sua jurabit, quod non de voluntate sua, sed necessitate hoc faciat, manu quarta se miles expurgabit.

9. Si miles rusticum de violata pace pulsaverit rusticus manu sua jurabit, quod non voluntate sed necessario hoc fecit; de duobus[6] unum rusticus eligat, an divino an humano judico innocentiam suam ostendat: aut sex testibus ydoneis quos judex elegerit, se expurget.

10. Si miles adversus militem pro pace violata aut aliqua capitali causa duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione[7] legitimus miles existat.

11. Post natale sanctae Mariae unusquisque comes septem boni testimonii viros sibi eligat, et de qualibet provincia sagaciter disponat, et quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat; quicumque vero contra deliberationem ipsius, intra terminum anni modium altius, et carius vendere praesumpserit, tamquam violator pacis habeatur; et totidem triginta libras comiti persolvat, quanti modios altius vendidisse convictus fuerit.

12. Si quis rusticus arma vel lanceam portaverit vel gladium, judex in cujus potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis accipiat a rustico.

13. Mercator negotiandi causa per provinciam transiens, gladium suum suae sellae[8] alliget, et super vehiculum suum ponat, ne unquam laedat innocentem, sed ut se a praedone defendat.

14. Nemo retia[9] sua aut laqueos[10] aut alia quaelibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos, apros[11], lupos capiendos.

15. Ad palatium comitis nullus miles ducat arma, nisi rogatus a comite. Publici latrones et convicti antiqua dampnentur sententia[12].

16. Quicunque advocatiam[13] suam vel aliud aliquod beneficium inornate tractaverit, et a domino suo admonitus non resipuerit, et in sua perseverans insolentia, ordine judiciario tam advocatia, quam beneficio exutus, si postmodum ausu temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro violatore habeatur pacis.

17. Si quis quinque solidos aut valens, fuerit furatus, laqueo suspendatur; si minus, scopis[14] et forfice[15] excorietur[16] et tondatur.

18. Si ministeriales alicujus domini inter se gwerram habuerint, comes sive judex in cujus regimine ea fecerint, leges et judicia exinde persequatur.

---

tiven (nämlich den im Folgenden genannten). [7] von Geburt. [8] Sattel. [9] Netz. [10] Schlinge. [11] Wildschwein. [12] gemäß dem seitherigen Recht. [13] Vogtei. [14] Besen. [15] Zange. [16] durchgehauen (wörtlich: ausgegerbt, ausgeledert).

19. Quicunque per terram transiens, equum suum pabulare voluerit, quantum propinquio secus viam stans in loco amplecti potuerit ad refectionem, et respirationem equi sui impune ipsi equo porrigat. Licitum sit etiam ipsi, ut herba et viridi sylva et sine vastatione aliqua quilibet utatur pro sua comoditate et usu necessario.

9. Das sogenannte privilegium minus für Österreich.

1156.[1]

In nomine sancte et individue trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Quamquam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea, que legaliter geruntur, nulla valeant refragatione convelli, ne qua tamen possit esse rei geste dubietas, nostra debet intervenire imperialis auctoritas.

Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium praesens etas et successura posteritas, qualiter nos, ejus cooperante gratia, a quo celitus[2] in terram pax est missa hominibus, in curia generali Ratispone[3] in nativitate sancte Marie virginis[4] celebrata in praesentia multorum religiosorum et katholicorum principum litem et controversiam, que inter dilectissimum patruum nostrum Heinricum ducem Austrie et inter karissimum nepotem nostrum Heinricum ducem Saxonie diu agitata fuit de ducatu Bawarie[5] hoc modo terminavimus, quod dux Austrie resignavit nobis ducatum Bawariae[6] quem statim[7] in beneficium concessimus duci Saxonie. Dux autem Bawariae resignavit nobis[8] marchiam Austriae[9] cum omnibus suis juribus et beneficiis que quondam marchio Liupoldus habebat a ducatu Bawariae[10]. Ne autem in hoc facto aliquid minui videatur honor et gloria patrui nostri karissimi, de consilio et judicio principum Wadizlao illustri duci Boemie sententiam promulgante, et omnibus principibus approbantibus, marchiam[11] Austriae[12] in ducatum commutavimus[13] et eundem comitatum cum omni juro prefato patruo nostro Heinrico et prenobilissime uxori sue Theodore in beneficium concessimus, perpetuali jure sanctientes, ut ipsi et liberi eorum post eos indifferenter filii et filie eundem Austrie ducatum hereditario jure a regno teneant et possideant. Si autem predictus dux Austrie patruus noster et uxor ejus absque liberis decesserint, libertatem

9. [1] nach dem Abdruck bei Wattenbach, die österreichischen Freiheitsbriefe, im Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen Bd. 8 S. 110. [2] vom Himmel. [3] Regensburg. [4] 17. September. [5] Zusatz in einem Text und im privilegium majus — s. Nr. 10 —: et super marchia a superiore parte fluminis Anasi [Ens]. [6] Zusatz im priv. majus: et dictam marchiam, quos tenebat, qua resignacione facta, mox eundem Bawarie et dictam marchiam. [7] quem statim fehlt im priv. majus. [8] priv. majus: predictus vero dux Saxonie cessit et renunciavit omni juri et accioni, quas habebat ad dictam. [9] Austriae fehlt im priv. majus. [10] que — — Bawariae fehlt im priv. majus. [11] im pr. majus: marchionatum. [12] pr. majus schiebt hier ein: et dictam marchiam supra Anesum. [13] bis hierher ist — außer den in den vorigen Anmerkungen angeführten Abweichungen — das privilegium majus völlig gleichlautend. [14] statt aevo: für alle Zeit.

habeant, eundem ducatum affectandi cuicumque voluerint. Statuimus quoque, ut nulla magna vel parva persona in ejusdem ducatus regimine sine ducis consensu vel permissione aliquam justitiam presumat exercere. Dux vero Austrie de ducatu suo aliud servicium non debet imperio, nisi quod ad curias, quas imperator prefixerit in Bawaria, evocatus veniat; nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte, quam imperator in regna vel provincias Austrie vicinas ordinaverit. Ceterum, ut hec nostra imperialis constitutio omni evo[14] rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

10. Das unechte sogenannte privilegium majus für Österreich.

Angeblich von 1156.

I(n)[1] nomine sancte et individue trinitatis amen. Fridericus divina favente clementia — — — — commutavimus in ducatum.[2]

Eundem ducatum cum subscriptis juribus, privilegiis et graciis omnibus liberalitate cesarea contulimus predicto Heinrico nostro patruo karissimo, praenobili sue uxori Theodorae et liberis eorundem, ob singularem favorem quo erga dilectissimum patruum nostrum Heinricum Austriae, ejus conthoralem prenobilem Theodoram et eorum successores nec non erga terram Austriae quae clippeus et cor sari Romani imperii esse dinoscitur, afficimur, de consilio et assensu principum imperii dictis conjugibus, eorum in eodem ducatu successoribus nec non prefate terre Austriae subnotatas constitutiones, concessiones et indulta auctoritate imperiali in jura plena et perpetua redactas donavimus liberaliter vigore praesencium et donamus.

Primo quidem, quod dux Austriae, quibusvis subsidiis seu serviciis tenetur nec esse debet obnoxius sacro Romano imperio nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrii fecerit libertate, eo excepto dumtaxat, quod imperio servire tenebitur in Ungariam duodecim viris armatis per mensem unum sub expensis propriis in ejus rei evidenciam[3], ut princeps imperii dinoscatur.

Nec pro conducendis[4] feodis requirere seu accedere debet imperium extra metas Austrie, verum in terra Austrie sibi debent sua feoda conferri per imperium et locari[5]. Quod si sibi denegaretur, ab imperio requirat et exigat litteratorie trina vice, quo facto juste sua possidebit feodo sine offensa imperii, ac si ea corporaliter conduxisset.

Dux eciam Austrie non tenetur aliquam curiam accedere edictam per imperium seu quemvis alium, nisi ultro et de sua fecerit voluntate.

Imperium quoque nullum feodum habere debet Austrie in du-

10. [1] das n fehlt in dem unechten Originaldokument. [2] bis hierher stimmt das priv. majus wörtlich mit dem echten priv. minus überein (s. priv. minus oben Nr. 9, Anm. 12), abgesehen von einzelnen Zusätzen. Diese sind in den Anmerkungen zum Text des priv. minus angeführt. [3] zum Zeichen des. [4] die Investitur erlangen.

catu; si vero princeps aliquis vel alterius status persona nobilis vel ignobilis, cujuscumque condicionis existat, haberet in dicto ducatu possessiones ab ipso jure feodoli dependentes, has nulli locet seu conferat, nisi eas prius conduxerit a duce Austrie memorato; cujus contrarium si fecerit, eadem feoda ad ducem Austriae devoluta libere sibi ex tunc jure proprietatis et directi dominii pertinebunt, principibus ecclesiasticis et monasteriis exceptis dumtaxat in hoc casu.

Cuncta eciam secularia judicia, bannum silvestrium et ferinarum[6], piscine et nemora in ducatu Austriae debent jure feodali a duce Austriae dependere.

Eciam debet dux Austriae de nullis opposicionibus vel objectis quibuscumque nec coram imperio nec aliis quibuslibet cuiquam respondere, nisi id sua propria et spontanea facere voluerit voluntate; sed si voluerit, unum locare[7] poterit de suis vassallis seu homolegiis[8] et coram illo secundum terminos praefixos parere potest et debet justitie complemento.

Insuper potest idem dux Austrie, quando impugnatus fuerit ab aliquo de duello, per unum ydoneum non in enormitatis[9] macula retentum vices suas prorsus supplere, et illum ipsum eodem die seu princeps vel alius quisquam pro alicujus nota infamie non potest impetere nec debet impugnare

Praeterea quidquid dux Austrie in terris suis seu districtibus suis fecerit vel statuerit, hoc imperator neque alia potencia modis seu viis quibuscumque non debet in aliud quoquo modo in posterum commutare.

Et si, quod Deus avertat, dux Austriae sine herede filio decederet, idem ducatus ad seniorem filiam quam reliquerit devolvatur.

Inter duces Austriae qui senior fuerit dominium habeat dictae terrae, ad cujus eciam seniorem filium dominium jure hereditario deducatur, ita tamen, quod ab ejusdem sanguinis stipite non recedat, nec ducatus Austrie, ullo umquam tempore divisionis alicujus recipiat sectionem.

Si quis in dicto ducatu residens vel in eo possessiones habens fecerit contra ducem Austriae occulte vel publice, est dicto duci in rebus et corpore sine gracia condempnatus.

Imperium dicto duci Austriae contra omnes suos injuratores debet auxiliari et succurrere, quod justitiam assequatur.

Dux Austriae principali amictus veste, superposito ducali pilleo[10] circumdato serto pinito[11], baculum habens in manibus, equo assidens, et insuper more aliorum principum imperii conducere ab imperio feoda sua debet.

Dicti ducis institutionibus in ducatu suo Austriae est parendum; et potest in terris suis omnibus tenere Judaeos et usurarios publicos, quos vulgus vocat gawertschin[12], sine imperii molestia et offensa.

[5] investieren. [6] Wildbann. [7] investieren (mit der Gerichtsbarkeit). [8] Ministeriale (Ritter). [9] von übermäßiger Größe. [10] Herzogshut. [11] Federkranz. [12] d. h. Kawerzen (eigentlich: Einwohner von Cahors; dann: französische Wechsler).

Si quibusvis curiis publicis imperii dux Austrie praesens fuerit, unus de palatinis archiducibus est censendus, et nichilominus in concessu in incessu ad latus dextrum imperii post electores principes obtineat primum locum.

Dux Austriae donandi et deputandi terras suas cuicumque voluerit habere debet potestatem liberam, si, quod absit, sine heredibus liberis decederet, nec in hoc per imperium debet aliqualiter impediri.

Prefatus quoque ducatus Austriae habere debet omnia et singula jura, privilegia et indulta, que obtinere reliqui principatus imperii dinoscuntur.

Volumus eciam, ut si districtus et diciones dicti ducatus ampliati fuerint ex hereditatibus, donacionibus, empcionibus, deputacionibus vel quibusvis aliis devolucionum successionibus, praefata jura, privilegia et indulta ad augmentum dicti dominii Austriae plenarie referantur.

Et ut hec nostra imperialis constitucio omni evo firma et inconvulsa permaneat, praesentes litteras scribi et sigilli nostri inpressione fecimus insigniri. — — —

11. Teilung des Herzogtums Westfalen auf dem Reichstag zu Gelnhausen.

1180.

— — Proinde tam praesentium quam futurorum imperii fidelium noverit universitas, qualiter Henricus quondam dux Bavariae et Westphaliae, eo quod ecclesiarum Dei et nobilium imperii libertatem, possessiones eorum occupando et jura eorum imminuendo, graviter oppresserit, ex instanti principum querimonia et nobilium plurimorum, quia citatione vocatus majestati nostrae praesentari contempserit, et pro hac contumacia proscriptionis nostrae inciderit sententiam, deinde quoniam in ecclesiis Dei et principum et nobilium jura et libertatem grassari non destiterit, tam pro illorum injuria quam pro multiplici contemptu nobis exhibito, ac praecipue pro evidenti reatu majestatis et sub feodali jure legitimo, trino edicto ad nostram citatus audientiam, eo quod se abstentasset, nec aliquem pro se misisset responsalem, contumax judicatus est, ac proinde tam ducatus Bavariae, quam Westphaliae et Angariae, quam etiam universa, quae ab imperio tenuerit beneficia per unanimem principum sententiam in solemni curia Wirziburc celebrata ei abjudicata sunt nostroque juri addicta et potestati. Nos itaque habita cum principibus deliberatione, communi ipsorum consilio ducatum, qui dicitur Westphaliae et Angariae in duo divisimus, et consideratione meritorum, quibus dilectus princeps noster Philippus Coloniensis archiepiscopus ob honorem imperialis coronae promovendum et manutenendum, nec rerum dispendia nec personae formidans pericula, gratiae imperialis promeruit privilegium, unam partem, eam videlicet, quae in episcopatum Coloniensem et per totum Pathebrunensem episcopatum

protendebatur, cum omni jure et jurisdictione, videlicet cum comitatibus, cum advocatiis, cum conductibus, cum mansis, cum curtibus, cum beneficiis, cum ministerialibus, cum mancipiis et cum omnibus ad eundem ducatum pertinentibus, ecclesiae Coloniensi legitimo donationis titulo imperatoria liberalitate contulimus, et requisita a principibus sententia, an id fieri liceret, adjudicata et communi principum et totius curiae assensu approbata, accedente quoque publico consensu dilecti consanguinei nostri, ducis Bernhardi, cui reliquam partem ducatus concessimus, praememoratum archiepiscopum Philippum portione illa ducatus suae collata ecclesiae vexillo imperiali solemniter investivimus. — — —

12. Heinrici VI imperatoris mandatum de appellationibus.

c. 1193.

Heinricus Dei gratia — — fidelibus suis universis civibus Spirensibus gratiam suam et omne bonum. Conquestus est nobis dilectus noster Spirensis episcopus, quod cum ipse et sui judices in judicio sedeant, et de aliquo vestrum habeatur querimonia, statim ante latam sententiam ille de quo movetur querimonia subterfugii ac dilationis causa absque termino praefixo ad nostram praesenciam appellare soleat. Unde, talem insolenciam a vobis supportare nolentes, vobis mandamus et districte precipimus, ne aliquis vestrum de cetero a presencia predictorum judicum ad nostram vel alterius judicis presenciam appellare presumat ante latam sentenciam, sed post latam sententiam, antequam approbata fuerit, a gravamine et injuria sibi illata appellare poterit, litteris tamen eorundem judicum ad nostram presenciam delatis, quae veritatem rei et modum appellationis contineant et terminum ei praefixum, ut inspecto earum tenore juxta sententiam, quam curia nostra dictaverit, super hoc rescribere sciamus.

13. Sententia de non alienandis principatibus.

1216.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Cum ad summam instantiam precum dilecti principis nostri Chunradi Ratisponensis episcopi cum ipso episcopo nomine ecclesie sue quoddam concambium fecissemus de duobus principatibus, scilicet de inferiori et superiori monasteriis in civitate Ratispona constitutis pro quibusdam aliis prediis et possessionibus ad prenominatum episcopum et episcopatum suum pertinentibus, accedens ad presentiam regie excellentie nostre in curia solempni Herbipoli domina Tuta, inferioris monasterii abbatissa, personaliter, nec non domina Gerdrudis, superioris monasterii abbatissa, per suum procuratorem, cum aliqua honesta utriusque capituli parte coram principibus et baronibus[1] atque tota curia nostra

13. [1] freie Herren.

gravi querimonia protulit, se et ecclesias suas indebite a nobis fuisse gravatas et super hoc adjutorium et sententiam principum postularunt, proponentes firmiter, nullum principatum posse vel debere commutari vel alienari ab imperio vel ad alium principem transferri sine voluntate presidentis principis illius principatus et de plano consensu ejusdem ministerialium. Super quo facta a nobis inquisitione, per sententiam principum et subsecutionem tam nobilium quam baronum atque ministerialium et omnium, qui aderant, judicatum est, nullum principatum posse vel debere nomine concambii vel cujuscumque alienationis ad aliam personam transferri ab imperio, nisi de mera voluntate et assensu principis presidentis et ministerialium ejusdem principatus. Nos igitur justitie protectores, nullo conamine juri reniti volentes, sententiam ipsam duximus approbandam, et quod contra memoratas ecclesias et earum principes pro episcopo et ecclesia Ratisponensi minus debite feceramus, omnino retractamus in continenti presente episcopo prefato. Et ne de cetero similia contingant, decernimus et perpetua firmitudine observandum judicamus, quod non licet ulli successorum nostrorum, Romanorum regi seu imperatori, principatum aliquem ut superius sententiatum est, ab imperio aliquo modo alienare, sed omnes imperii principatus in suo jure et honore illesos observare. — —

14. Sententia de immunitate civitatum imperii.

1218.

Fridericus — —. Significamus vobis[1], talem in presentia nostra per principes et magnates imperii latam esse sententiam: quod si forte alicui per cirothecam[2] nostram contulerimus forum annuale vel septimanale[3] in quocumque loco, quod comes aut alius judex aliquis illius provincie non debeat illic habere jurisdictionem vel aliquam potestatem puniendi maleficia. Sed si forte latro vel fur vel alius maleficus fuerit condempnatus, comiti sive judici provinciali de loco illo erit presentandus ad sententie in eum late executionem.

15. Sententia de consiliis civitatum episcopalium.

1218.

— — — Constitutus coram regia celsitudine et coram multis imperii principibus, baronibus atque nobilibus dilectus princeps noster Heinricus, Basiliensis episcopus, cum multa instantia postulavit per sententiam requiri: si vel nos vel alius aliquis possemus vel deberemus in civitate cui ipse episcopus preest, consilium civitatis instituere sine ipsius episcopi voluntate et assensu. Ad cujus non modicam instantiam, cum predilectus princeps noster Theodoricus venerabilis Trevirorum archiepiscopus fuisset super hoc a nobis requisitus, ipse cum deliberatione per sententiam indixit, nos nec posse nec debere

14. [1] fidelibus. [2] chirotheca, Handschuh. [3] Jahrmärkte und Wochenmärkte.

in civitate predicti principis Basiliensis dare vel instituere consilium citra ejusdem episcopi assensum et voluntatem atque suorum in eodem principatu successorum. Facta igitur secundum juris ordinem inquisitione per singulos qui aderant, tam a principibus quam nobilibus et baronibus singulisque, qui aderant, sententia archiepiscopi fuit per subsecutionem proclamata et confirmata. Nos etiam tamquam justus judex, de innata nobis regia circumspectione, eandem approbantes sententiam justamque decernentes, consilium quod usquemodo quocumquemodo Basileae fuit, revocamus, deponimus ac totaliter infringimus atque privilegium nostrum, quod inde habent Basilienses, cassamus omnino nec eo ipsos de cetero uti volumus. —

16. Sententia de tutoria potestate ducum.

1218.

Fredericus — —. — — apud Francofurt in praesentia nostra talis fuit lata sententia pro dilecto nostro principe Henrico duce Brabantiae et a principibus approbata, quod de universis bonis, quae de ducatu suo moventur, omnium haeredum, mortuis parentibus, de jure tutor habeatur. Et quia sententiae rationabiliter latae debeamus regium praestare firmamentum, ipsam regali confirmamus authoritate; inhibendo et sub obtentu gratiae nostrae praecipiendo, ne aliquis hominum confirmationi nostrae contraire praesumat. Si quis contra attentaverit, sciat se poenam gratiae nostrae incursurum.

17. Sententia de officiis episcopatuum.

1219.

— — Notum esse volumus omnibus vobis[1], quod praesentibus multis magnatibus et sapientibus coram nobis per sententiam diffinitum est, quod mortuo uno episcopo et alio substituto omnia officia vacant, exceptis quatuor principalibus, dapiferi videlicet et pincernae, mareschalci et camerarii. Praeterea omnia, quae antecessor alienaverit sine consilio ecclesiae et authoritate imperii, libera redibunt et sine contradictione ad successoris potestatem et ordinationem.

18. Confoederatio cum principibus ecclesiasticis.

1220.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Friedericus secundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie omnibus in perpetuum. Digna recolentes animadversione, quanta efficacia et fide delecti fideles nostri principes ecclesiastici nobis hactenus astiterunt, ad culmen imperii nos promovendo, promotos in ipso firmando et demum filium nostrum Heinricum in regem sibi et dominum benivole atque concorditer eligendo censuimus, eos, per

17. [1] gerichtet an praelati, canonici, nobiles, ministeriales ecclesiae Bremensis.

quos promoti sumus, semper promovendos, et per quos firmati sumus, una cum ipsorum ecclesiis semper fore nostra defensione contra noxia queque firmandos.

Igitur quia in eorum gravamina quedam consuetudines et, ut verius dicamus, abusiones ex longa pertubatione imperii, que per Dei gratiam nunc quievit et quiescit, inoleverant[1], in novis theloneis, in monetis, que se invicem ex similitudinibus ymaginum destruere consueverant, in guerris advocatorum et aliis malis, quorum non est numerus, statutis quibusdam eisdem abusionibus obviamus.

1. Primo promittentes, quod numquam deinceps in morte cujusquam principis ecclesiastici reliquias[2] suas fisco vendicabimus. Inhibentes etiam, ne laicus quisquam aliquo pretextu sibi eas vendicet, sed cedant successori, si antecessor intestatus decesserit. Cujus testamentum, si quod inde fecerit, volumus esse ratum.

2. Item nova thelonea et novas monetas in ipsorum territoriis sive jurisdictionibus eis inconsultis seu nolentibus non statuemus de cetero; sed antiqua thelonea et jura monetarum eorum ecclesiis concessa inconvulsa et firma conservabimus et tuebimur; nec ipsi ea infringemus nec ab aliis ledi permittemus modis aliquibus, utpote monete turbari et vilificari[3] solent similitudinibus ymaginum, quod penitus prohibemus.

3. Item homines quocumque genere servitutis[4] ipsis attinentes, quacumque causa se ab eorum obsequiis alienaverint, in nostris civitatibus non recipiemus in eorum prejudicium[5]; et idem ab ipsis inter se eisque a laicis omnibus inviolabiliter volumus observari.

4. Item statuimus, ne quis ecclesiam aliquam in bonis suis dampnificet occasione advocatie eorundum bonorum; sed si dampnificaverit dampnum in duplo restituat et centum marcas[6] argenti camere nostre solvat.

5. Item si aliquis eorum vassallum suum, qui eum forte offendit, jure feodali convenerit, et sic feodum evicerit, illud suis usibus tuebimur; et si ipse feodum de bona et liberali sua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus, amore vel odio non obstante. Quocumque autem modo, sive etiam ex morte infeodati, principi ecclesiastico feodum aliquod vacare contigerit, illud auctoritate propria, immo violentia, nullatenus invademus, nisi de bona voluntate liberalique concessione sua poterimus optinere; set cum effectu suis usibus studebimus defensare.

6. Item, sicut justum est, excommunicatos eorum, dum tamen ab ipsis viva voce vel per litteras eorum vel per honestos nuntios fide dignos nobis denuntiati fuerint, vitabimus; et nisi prius absolvantur, non concedemus eis personam standi in judicio: sic distinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a respondendo impetentibus, set sine advocatis; perimat autem in eis jus et potestatem ferendi sententias et testimonia et alios impetendi.

---

18. [1] einwachsen, Wurzel fassen. [2] Nachlaß. [3] entwerten. [4] Abhängigkeit. [5] Nachteil. [6] 1 Mark = ½ Pfund. [7] Hoftag.

7. Et quia gladius materialis constitutus est in subsidium gladii spiritualis, excommunicationem, si, excommunicatos in ea ultra sex septimanas perstitisse, predictorum modorum aliquo nobis constiterit, nostra prosciptio subsequetur, non revocanda, nisi prius excommunicatio revocetur.

8. Sic utique aliisque modis omnibus, justo videlicet et efficaci judicio, ipsis prodesse atque preesse firmiter compromisimus, et ipsi versa vice fide data promiserunt, quod contra omnem hominem, qui tali nostro judicio ipsis exhibendo violenter restiterit, nobis pro viribus suis efficaciter assistent.

9. Item constituimus, ut nulla edificia, castra videlicet seu civitates in fundis ecclesiarum vel occasione advocacie vel aliquo quoquam pretextu construantur; et si qua forte sunt constructa contra voluntatem eorum, quibus fundi attinent, diruantur regia potestate.

10. Item inhibemus, ad imitationem avi nostri felicis memoriae imperatoris Friderici, ne quis officialium nostrorum in civitatibus eorundem principum jurisdictionem aliquam sive in theloneis sive in monetis seu in aliis officiis quibuscumque sibi vendicet, nisi per octo dies ante curiam[7] nostram ibidem publice indictam et per octo dies post eam finitam. Nec etiam per eosdem dies in aliquo excedere presumant jurisdictionem principis et consuetudines civitatum. Quocienscumque autem ad aliquam civitatum eorum accesserimus sine nomine publice curie, nichil in ea juris habeant, set princeps et dominus ejus plena in ea gaudeant potestate. Sane quanto fidem ampliorem predictorum principum circa nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus semper intendimus prospicere.

11. Et quoniam acta hominum oblivio — — sepelire solet, — — hec nostre gracie beneficia ecclesiis impensa perpetuari volumus, statuentes, ut heredes nostri et successores imperio ea rata conservent et exequantur. — — —

19. Heinrici regis sententia contra successionem feminarum in quatuor officia principalia et in feudo.

1230.

— — — Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod ad requisitionem talis a nobis lata fuit sententia, et ab omnibus astantibus approbata, quod nulla virgo vel mulier in ullo quatuor officiatorum principalium, scilicet dapiferi, pincerne, camerarii, marschalci ratione hereditatis succedere possit.

Preterea requisitum fuit et sententiatum, quod in generali nulla mulier in aliquo feodo ratione hereditatis fratri suo succedere possit.

— — —

20. Heinrici regis sententia contra communiones civitatum.

1231.

— — — Ipsi[1] igitur pronuntiando diffiniverunt, quod nulla civitas, nullum oppidum communiones, constitutiones, colligationes, confederationes vel conjurationes aliquas, quocumque nomine censeantur, facere possent, eas penitus abjudicantes, et quod nos sine domini sui assensu civitatibus seu oppidis in regno nostro constitutis auctoritatem faciendi communiones — — non poteramus nec debebamus impertiri[2], et quod dominis civitatum et oppidorum sine nostre majestatis assensu similia in suis civitatibus facere non licebit.

21. Sententia de cambiis et denariis civitatum.

1231.

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus nobilibus, ministerialibus, civitatibus, oppidis, castris, villis et universis imperii fidelibus graciam suam et omne bonum. Sepius coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore et nobis sententialiter diffinitum est, ut in civitatibus et aliis locis, ubi propria et justa moneta esse consuevit, nemo mercatum aliquem facere debeat cum argento sed cum denariis proprie sue monete; cambium quod vulgo dicitur Wehsel[1] neque institor neque alius quivis mercatorum, sed ipse monetarius[2] exercere debebit, vel is cui dominus[2] permisit ex indulgencia speciali. Denarii praeterea unius monete ita manifestis signis et ymaginum dissimilitudinibus distingui debent a denariis alterius monete, ut statim prima facie et sine difficultate aliqua ipsorum ad invicem discretio et differentia possit haberi. Ad hec, si aliquis cum falsis denariis fuerit deprehensus, penam falsarii sustinebit; nec proderit ei, si dicat, se eos in publico et communi foro[3] recepisse, nisi summa adeo modica fuerit, ut novem denarios non excedat. Hic si eciam tercio cum predicta summa vel citra inventus fuerit, tunc poterit quasi falsarius sine predicta exceptione vel excusacione judicari. Hec igitur, sicut juste et rationaliter diffinita sunt, sub optentu gracie nostre[4] inviolabiliter observari precipimus in omnibus locis, in quibus moneta principis frequentatur et habetur. Ad perpetuam denique firmitatem hanc nostre diffinicionis sentencie et protestacionis[5] paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Hujus rei testes sunt: Theodoricus Treverensis, Heinricus Coloniensis — — archiepiscopi — — Sifridus

20. [1] Principes et ceteri proceres sacri palatii. [2] erteilen, verleihen.
21. [1] Handwechsel, cambium minutum, d. h. Umtausch von Geldsorten; nicht: Wechselbriefe. [2] Monetarius, dominus monetae, Inhaber der Münzgerechtigkeit, d. h. derjenige, dem das Recht der Münzprägung und der aus ihm entstehende Gewinn von der (Stadt-)Obrigkeit übertragen ist. [3] Markt, Markthandel. [4] bei Vermeidung des Verlustes unserer Huld. [5] Bezeugung.

Ratisponensis et imperialis aule cancellarius, — — — et alii quam plures.

22. Statutum in favorem principum.

1231.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum.

Volentes principes nostros ecclesiasticos et mundanos ceterosque fideles regni nostri in sua libertate servare et modis omnibus confovere, de regia nostra munificentia gratiam eis fecimus, quam a civitatibus nostris eisdem volumus inviolabiliter observari.

1[1]. Statuentes in primis, quod nullum novum castrum vel civitatem in prejudicum principum construere debeamus[2].

2. Quod nova fora antiqua non possint aliquatenus impedire.

3. Item ut nemo cogatur ire ad aliquod forum invitus.

4. Item ut antique strate[3] non declinentur[4], nisi de transeuntium voluntate.

5. Item in civitatibus nostris[5] bannitum miliare[6] deponatur.

6. Item unusquisque principum libertatibus, jurisdictionibus, comitatibus, centis[7], liberis sibi vel infeodatis, utetur quiete secundum terre sue consuetudinem approbatam.

7. Item centgravii recipiant centas a domino terre vel ab eo, qui per dominum terre fuerit infeodatus.

8. Item locum cente nemo mutabit sine consensu domini terre.

9. Item ad centas nullus synodalis vocetur.

10. Item cives, qui phalburgere[8] dicuntur, penitus deponantur[9].

11. Item census frumenti, vini, pecunie vel alii, quos rustici constituerunt se soluturos, relaxentur et ulterius non recipiantur.

12. Item principum, nobilium, ministerialium, ecclesiarum homines proprii non recipiantur in civitatibus nostris.

13. Item principibus, nobilibus, ministerialibus, ecclesiis proprietates et feoda per civitates nostras occupata restituantur nec ulterius occupentur.

14. Item conductum[10] principum per terram eorum, quam de manu nostra tenent in feodo, per nos vel per nostros non impediemus vel infringi patiemur.

22. [1] Die Zahlen sind in den Handschriften nicht enthalten. [2] In der Bestätigung des Statuts durch Friedrich II. vom Jahre 1232 heißt es statt dessen: Concedimus igitur, juxta quod rex filius noster noscitur concessisse ac perpetue confirmacioni donamus statuentes: quatenus nullum novum castrum vel civitas in fundis ecclesiarum vel occasione advocatie per nos vel per quemquam alium sub pretextu quolibet construatur. [3] Landstraße. [4] verlegen. [5] In der Bestätigung von 1232 ist hier eingefügt novis. [6] das Recht der Bannmeile (des Inhalts, daß in dem einmeiligen Umkreis der Stadt städtische Gewerbe nicht ausgeübt werden durften). [7] Zentgerichte. [8] Pfahlbürger (Städtebürger, die außerhalb des Stadtgebietes, also im Gebiet der Territorialherren, ansässig sind). [9] beseitigen, abschaffen. Die Zulässigkeit des Pfahlbürgertums war ein steter Streitpunkt zwischen Städten und Territorialherren. [10] (Ausübung des) Geleitsrechts, Erhebung von Abgaben für Gelei-

15. Item non compellantur aliqui per scultetos[11] nostros ad restitutionem eorum, que a longinquo tempore receperant ab hominibus, priusquam se in nostris civitatibus collocarent[12].

16. Item in civitatibus nostris nullus terre dampnosus vel a judice dampnatus vel proscriptus scienter recipiatur; recepti convicti ejiciantur.

17. Item nullam novam monetam in terra alicujus principis cudi[13] faciemus, per quam moneta principis deterioretur.

18. Item civitates nostre jurisdictionem suam extra civitatis sue ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat jurisdictio specialis.

19. Item in civitatibus nostris actor forum rei sequatur, nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus, quo casu respondeat ibidem.

20. Item in civitatibus nostris nemo recipiat in pignore bona quibus quis infeodatus est, sine consensu et manu domini principalis.

21. Item ad opera civitatum nullus cogatur, nisi de jure teneatur.

22. Item homines advocaticii[14] in nostris civitatibus residentes antiqua et debita jura persolvant neque indebitis exactionibus[15] molestentur.

23. Item homines proprii, advocaticii, feodales, qui ad dominos suos transire voluerint, ad manendum a nostris officiatis non artentur[16].

Talibus autem beneficiis dilectos nobis honorabiles principes majestas decrevit regia prevenire, salvis privilegiis a patre nostro obtentis et ab eo vel a nobis in posterum obtinendis. Eodem quoque jure gaudere volumus vassallos, ministeriales, homines et civitates nobis et imperio attinentes[17].

23. Sententia de jure statuum terrae.

1231.

Heinricus — —. Notum esse cupimus universis, quod nobis apud Wormaciam curiam solemnem celebrantibus in nostra presentia petitum fuit diffiniri, si aliquis dominorum terre aliquas constitutiones vel nova jura facere possit, melioribus et majoribus terre minime requisitis. Super qua re, requisito consensu principum, fuit taliter diffinitum, ut neque principes neque alii quilibet constitutiones vel nova jura facere possint, nisi meliorum et majorum terre consensus primitus habeatur. In hujus itaque sententie robur perpetue valiturum presentem literam conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

---

tung. [11] Schultheiß. [12] In der Bestätigung von 1232 folgt der Zusatz: nisi homines ipsi fuerint imperio immediate subjecti, quos tenebuntur juvare super eorum jure in foro eorum, in quorum terris talia sunt percepta. [13] schlagen, prägen. [14] Vogteileute. Das Wort fehlt in der Bestätigung von 1232, in welcher zwischen jura und persolvant eingefügt ist: de bonis extra civitatem suis dominis et advocatis. [15] Steuern, Auflagen. [16] für arceantur: gezwungen werden. [17] 1232 statt dieses Absatzes: Ad hujus itaque concessionis et confirmacionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens privilegium fieri fecimus majestatis nostre sigillo munitum.

24. Sententia de jure muniendarum civitatum.

1231.

Heinricus — —. Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod coram principibus, nobilibus et familiaribus curiae nostrae subscriptis[1] talis lata sententia fuit et ab omnibus approbata: quod quilibet episcopus et princeps imperii civitatem suam debeat et possit ad opus et obsequium imperii et ipsius in fossatis muris et in omnibus munire. Inde est, quod authoritate praesentium dilecto principi nostro venerabili Frisingensi episcopo liberam authoritatem dedimus aedificandi civitatem et montem Frisingensem ad commodum et obsequium imperii et ecclesiae ipsius.

25. Privilegium Heinrici regis de propriis hominibus ecclesiarum, qui ad civitates fugiunt.

1231.

— — Ad requisitionem dilecti nostri conventus in Mulinbrun talis coram nobis lata est sententia et ab omnibus astantibus approbata: ut si qua ecclesiarum proprium hominem habuerit, qui ad civitatem aliquam se transtulerit et sine herede decesserit, digno suo jure eidem ecclesie non obligato, omnes proprietates ipsus ipsa ecclesia, cujus fuisse dinoscitur, hereditet pleno jure.

26. Sententia de violatione treugarum.[1]

1234.

Heinricus — —. — — a nobis sententialiter fuit diffinitum, quod si manuali fide interposita treuge[2] date sunt et aliquis illas violaverit et in causam tractus[3] se expurgare voluerit, illi, cui interest et cui dampnum datum est, incumbit probatio, ut tertia manu[4] jurejurando confirmet, quod treuge violate sunt, vel si testes habere non potuerit, in monomachia[5] coram judice seculari cum eo congredietur.

27. Landfrieden zu Frankfurt.

1234.

Constitutio generalis.

Imprimis omnibus imperii fidelibus, ne in reysa[1] publica procedant, omnibus modis inhibemus. Ad hec universis judiciorum potestatem habentibus auctoritate regia precipimus, quatinus ad reprimendam hereticorum perfidiam toto nisu solerter[2] intendant, ac in justi prosecutione judicii preferant equitatem. Et ut in judiciando

24. [1] die das Dokument als Zeugen unterschrieben haben.
26. [1] Vgl. hierzu auch die folgende constitutio generalis. [2] Friedensversprechen. [3] vor Gericht gefordert. [4] selbdritt. [5] Einzelzweikampf.
27. [1] Reise, d. h. Auszug zur Bekämpfung jemandes, Fehdezug. [2] eifrig.

diligencie formam omnibus preferamus, ecce in manus principum promisimus, quod in quolibet mense, ubicumque in imperio fuerimus, quatuor diebus ad minus[3] personaliter volumus judicio publice presidere. Quod etiam a quolibet judice fieri volumus, temporibus ad hoc secundum provinciarum consuetudinem constitutis. Quod si princeps facere neglexerit et de hoc convictus fuerit, ut exigit[4] juris ordo, domino regi centum libras auri in pondere Karoli persolvet. Comes vero vel alius nobilis judicium habens, si non judicaverit secundum provinciarum consuetudinem, domino regi — — centum marcas argenti componet. Item si quis alium leserit vel guerram ei moverit absque precedente querimonia, si princeps extiterit[5], centum marcas auri regie camere presentabit, si vero comes vel nobilis vel alia persona extiterit, centum marcas argenti componet. Item statuimus quod si quis treugas datas violaverit, si cum ipso in cujus manum treuge fuerant compromisse, et cum duobus aliis synodalibus[6] hominibus treugas violatas esse convincere potuerit et testari, violator manum perdat. Item si quis fide data promiserit aliquid et convictus fuerit cum tribus synodalibus hominibus fidem non servasse, continuo proscribatur; nec a proscriptione poterit absolvi, nisi dupliciter persolvat quod promiserat et pro quo fidem dederat. — — Reysam que Keymszuche[7] dicitur, si quis commiserit, proscribatur. — —

28. Heinrici regis sententia de termino receptionis feudi.

1234.

— — coram serenitate nostra lata est sententia et a principibus et magnatibus imperii approbata: quod quicumque feudum suum a domino feudi sive feudatoris ad annum et diem recipere vel requirere neglexerit, ex tunc feudum ad dominum feudi revertatur, et de ipso habeat licentiam et liberam facultatem ordinandi sive disponendi pro suo arbitrio voluntatis.

29. Sententia in favorem ecclesiarum.

1234.

Fridericus secundus — —, — —, ut nullus episcopus Theutonie de hiis, que spectant ad regalia et ab imperio tenet, aliquem infeodare possit praeter assensum nostrum, et quod nulli advocato liceat in cives cathedralis civitatis exactionem aliquam facere. Nec liceat alicui comiti vel advocato sibi juditium usurpare de hiis, que in emunitatibus fiunt ecclesiarum, nisi tantum ecclesiastico judici, ad hoc de voluntate episcopi constituto, et quod nulla ecclesia in uno predio plures advocatos possit habere. Item quod nulli advocato liceat in officiatos episcopi et familiam ecclesie sue aliquam exactionem facere vel juditium exercere. Item quod quilibet episcoporum Theotonie secularem officiatum in suis civitatibus, oppidis et villis habere

[3] zum wenigsten. [4] statt exiit, unterging, nicht aufrecht erhalten ist. [5] ist. [6] hier in abgeleiteter Bedeutung: glaubwürdig. [7] Heimsuchung (zur Verwüstung der Güter).

tenetur, ut judicet loco sui et duas partes compositionis et satisfactionis spectantes ad episcopum loco ipsius pro parte sua recipiat, et tertiam habeat advocatus. — —

30. Friedrichs II. Landfriede zu Mainz.[1]

1235.

Item wir setzen und gebieten von unnsrem kayserlichem gewalt und mit der fürsten ratt, und mit andren deß reichs trewen mannen.

1. Welicher sun seinem vater von seinen burgen oder von andrem seinem gut stoßt oder brennet oder in raubt oder zu seines vater veinde sitzt mit trewen oder mit ayden, das er auff seins vater ere gat oder uff seins vater verderbnuß überzugett in des sein vater auff den heyligen vor seinem richter, mit zwaien scheinperun mannen die nyemant mit recht verwerffen mog, der sun sol sein verteilt aygens und Lehens und varnds gutz und warlichen alles gutz das er erben sol von vater und von muter ewiglich also das ym weder richter noch der vater ymmer wider gehelffen müge das er kain recht ymmer mer gewynnen müge zu demselben gute.

Welicher sun seins vater leybe rettelt[2] oder in frevelichen angreyft mit wunden oder mit gefencknusse wirt er des vor seinem richter überzügett als hye vor geschrieben ist derselb sey erlos und rechtloß ewiglichen also das er ymmer wider kumen müge zu seinem rechten. — — —[3]

2. Item wir setzen und gebietten was sach yeman in kainerley hand dinge geschäh das er das nit reche er clag es seinem richter und volge seiner clage an ein ende, es ensey dann das er sich zu not mus weren, seines leybes und seines gutes; wer sich anders richtet on clag was schadens er seinem widersachen dutt, den sol er im zwifaltig gelten und was schadens von seinem widersachen vor geschechen was der sol verloren sein.

Wer aber sein clag volfurett als da geschriben ist wirt im nicht gerichtett und muß durch not seinen veinden wider sagen das sol er thun pey tage und von dem tage pys an den vierden tag sol er im kainen schaden thun weder an leyb noch an gut so hat er drey gantz tag fryden.

Demselben dem da wider sagt wirt der auch weder an leyb noch an gut dem der ym da widersagt hat byß an den vierden tag keynen schaden thun. An wem diß gesetz gebrochen wirt der sol für seinem richter kumen und sol beclagen seinen widersachen dem sol der richter für gericht gebietten, mag er sich dan vor dem richter nit entschuldigen auff den heyligen selb sybend scheinper mannen so sey er erloß und rechtloß wilielich, also das er ymmer mer kumen müge zu seinen rechten.

3. Item an wemme der hantfriden gebrochen wirt gezüget er das auff den heyligen vor seinem richter mit dem er dan hantfriden gemacht hat und zwen andern scheinper mannen dye ir recht behalten haben, das

30. [1] Nach dem codex Senckenberg., dessen Fassung von den drei in den Monumenta Germaniae, Leges II S. 571 abgedruckten die vollständigste ist und wohl dem ursprünglichen Wortlaut am nächsten kommen dürfte. Eine umgearbeitete lateinische Fassung, deren Kapitel vielfach mit einer allgemeinen Betrachtung als Motivierung des folgenden Rechtssatzes beginnen, daselbst S. 313 ff. Der Landfriede ist deutsch erlassen. [2] d. h. ihn zu töten sucht. [3] hier folgen Vorschriften über das Verfahren bei den

der fryden an ym gebrochen sey, der richter sol in in dye acht thun, der den friden geprochen hat und sol in nymer auß der acht lassen on des clagers willen, er verliesse[4] die hand darum.

Daruber hat er aber den hantfriden mit dem todschlagen gebrochen so sol er nymer auß der acht kumen, dann mit dem tod und sol erloß und rechtloß bleyben ewiglichen.

Wil aber der den hantfriden empfangen hat yener an dem er geprochen ist des nit gesten das er im gebrochen sey, so sol ym der richter gebieten bey des keysers hulden das er inn der warhait gestee oder auff den heyligen schweren, das er darumb nit wisse, lasset er es über das durch maneschaft[5] oder durch ander liebe, er ist dem kayser und dem richter sein hant schuldig.

4. Item wir setzen und gebieten von unserm kayserlichem gewalt und pey unsern hulden, das alle unser fürsten und alle dye gericht von uns haben, recht richtent und sy das gebyetend allen dye gericht von uns habend. Wer das nit thutt uber den wollen wir scherpflichen richten als recht ist, und was uns uber sy vertailt[6] wirt das wöllen wir nit lassen[7], und gebyetend auch unsern fürsten das sy mit der puß zwingen dye die da gericht von in habent und der puß nit lassen.

5. Wir gebietten auch das kain richter nyeman in dye acht thon solle, wann offennlichen, und auch nyeman darauß lassen er neme aller erst die gewissenhait das den clegern gebessert werde, nach des lands gewonhait.

Thut des der richter nit das sol der kayser über in richten, wir globen das das wir das halten.

Wir globen auch das sunderlich pey unsern hulden, was yeglichem richter gewettig[8] werde von den dye auß der echt kumen, das er das gar neme und das nit entlasse, das man dester ungerner in dye ächt keme.

Wir wollen auch selber unsers rechten nit lassen. Darumb gebieten wir dest vestiglicher allen den die gerichtes pflegen, das sy es dester gerner haben. So lassen sy dye buss uber das wir wöllen es in unbarmlich abnemenn[9], also das es nymer kainen richter gelusten darff.

6. Wir setzen und gepieten das man dye pfalburger[10] allenthalben lassen[11] wyr wollent das sy nyemant halten, und wollen in unsern stetten kainen halten.

Wir gepieten und setzen pey unsern hulden das nyeman kain mundman[12] habe.

7. Wir setzen und gebyetten, das nyeman den andern durch das land gelayte umb kain gutt oder durch kain myette[13], er hab dan das gelaytt von dem reich oder ob ers durch got[14] thun wölle, der mag es wol thun on allerschlechte vorchte mit unsrem urlaub[15].

Wir setzen und gebietten von unsrem kayserlichem gewalt wann man den verholen[16] wuchrer erfore, er sei in dem marckte oder in dem dorff und wirt er uberwunden als recht ist mit zwayen scheinpern mannen, das er von nyemant merung[17] hab genomen man sol im sein gut taylen und

genannten Missethaten eines Sohnes. [4] verlieren. [5] Lehnstreue. [6] wozu sie verurteilt werden. [7] erlassen. [8] Buße geschuldet. [9] den Betrag der erlassenen Buße von den Richtern ohne Erbarmen einziehen. [10] Vgl. oben No. 22 Anm. 8. [11] beseitigen. [12] Schutzhörige. [13] Miete, also entgeltlich. [14] aus Güte, d. h. unentgeltlich. [15] Erlaubnis. [16] verborgen. [17] Vergrößerung,

hat er ein elich weyb dy sol das drittail beherten uff den heyligen das dyeselb mißtat wider iren willen sey beschehn, dut sy das nit so sey alles ir bayder gut an irs hern gewalt gevallen und sol sy ver von dannen schicken von aller cristenhait außsetzen es ensey dann das sie darumb besserung und puß enpfahn wöllen.

8. Wir setzen und gebietten das alle dye zolle die sind nach unsers vater tod Kaysier Hainrichs auffgesatzt er sey auff wasser oder auff land von wem sy auffgesatzt sind das sy absein[18], es sey also verr[19], das er in hatt, also das verhollen mugen auff den heyligen vor dem richter das er in zu recht haben solle, wer mer zolles nymbt dann er zu recht sulle, oder des da er nicht gesetzt ist, wirt er des überzügett vor dem richter als recht ist, man sol in haben für ein straßrauber.

Alle dye zoll nement auff wasser oder auff land dye sullent den wegen und den prucken ir recht halten mit machen und mit zymern und von den sy zoll nement dye sullent sy befriden und belaiten nach ir macht als verr ir gericht gat also das sy nichts verliesen.

Wer diß gebot pricht zu dreyenmalen wirt er des von dem Kaysier überzügett und uberweysiett als recht ist so sol dem richter der zol ledig sein.

Item wir setzen und gebieten das man dye recht straß var und das nyemant den andern zwinge mit gewalt von der rechten strasse.

Item wir setzen und gebieten welicher Here ein stat oder ein burg wolle bawen der sol bawen mit seinem gut.

Und nymbt er icht me kain gult oder ungelt von yemandt an kainer strassen[20], man sol uber in richten als uber ein strassen rauber.

9. Item wir setzen und gebieten das alle dye muntz dye seyt unsers vaters tode kaysier Hainrichs gemacht sind das dye absind wer sy[21] daruber haben will der sol das bewern vor dem richter als es rechte ist das er sy zu rechte haben solle.

Wer auff yemanth pfenning dheinen[20] valsch brennett oder schlecht wirt er des uberwunden, man sol über in richten als uber ein valschen und sol kein gut nemen darfür.

Wir gebieten das man die alten müntz behalt nach iren rechten und verbieten allen valsch.

10. Item wir setzen und gebietten von unsrem keyserlichem gewalt vesticlichen das man in allem unsrem reich in stetten und in dorffern zu rechter zeytt sol seut[22] legen und des den bischoffen nyeman wider sey.

11. Item wir setzen und gebietten bey unnsern Hulden, das aller gotzheuser vogtt den gotzheusern vor sey und sy beschirme als es in gen gott wol stee und auch unser huld damit behalten und sich an der gotzheuser gutate also haltent das uns kein gros clage von in kome. Wer das nit thut kumpt uns von dem clage das wollen wir zornielichen richten.

Item wir gebieten pey unnsern Hulden das man durch[23] kein forchtes[24] schuld der gotzheuser gut weder prenne noch raub noch pfende, wer es daruber thut, dem[25] zu pen und zu lande, wirt er des uberrett, als recht ist vor dem richter den sol man zu acht thun und sol in darauff nymer

---

also Zinsen; statt nyemant dürfte iemant zu lesen sein. [18] aufgehoben sein. [19] sofern. [20] auch hier ist die Negation sinnlos. [21] d. h. Münzrechte. [22] geistliche Gerichte. [23] wegen. [24] Vogtes. [25] dem Vogt. [26] ersetze. [27] drei-

mer gelassen, er gelte[26] dann den schaden drey stund[27], als dure[28] als er geacht wirt, so sullen dye zwaitail der pessrung dem gotzhaus[29] vogt.

12. Item wir gebietent[30] das yemant an[31] des gerichtes wört pfende, wer daruber das dutt, wirt er des uberwunden, man sol uber in richten als uber ein rauber.

13. Wir verpieten pey unnsren hulden vestiELich das yeman wissennlich reube oder dings[32] kauffe oder kainen rauber oder dyeb herberge, wer es daruber thutt, wirt er des uberwunden mit dreyen scheinpern männen und ist ym das erst[33] er sol genem[34] dem das gut genomen was zwifalt gelten seinen schaden, wirt er aber überrett das es ym zu dem andern mal geschehen sey, ist das gut raubig man sol über in richten als uber ein rauber, ist es dyebig man sol uber in richten als uber einen dyeb.

14. Item wir setzen und gebietten vestiglichen, das yeman halt kainen ächter wer es uber das tutt wirt er es uberweyset mit zwayen gewissen mannen die von irem recht nyemant verwerffen mag man sol uber in richten als uber ein achter. Entret[35] er sich aber auff den heyligen selb sybend scheinper mannen das er enwuste, das er ein achter was, er sol unschuldig seyn.

Item wo man angriffet ein ächter den sol nyman weren, wer in aber werett und wirt er das uberkumen mit zwaien scheinpern mannen der sol in der selb schuld seyn und man sol uber in richten als uber ein echter. In weliche stat der echter kumpt in der sol man in nit halten, man sol im auch nichts geben zu kauffen und sol auch umb in nyemans kauffen und gebietent das man in meyde in allen dingen.

Item helt ein stat gemeinnlich und wissennlich ein echter ist sy umbmaurett der landrichter in des gericht sy stett[36] der sol sy nyderprechen, uber den wirt der den inbehelt uber den sol man richten als uber ein achter und sol sein hauss zerfüren. Ist die stat ungemaurett, so sol sy der richter prennen und das sol nyemant weren. Setzet sich dye statt dawyder und die leute sint rechtloß, mag der Richter die stat nit uberwinden, so sol ers dem keyser kunden und sol es dann mit seiner keyserlichen gewalt und mit seiner hilf thun.

15. Item wir setzen das unser Hoff hab einen Hoffrichter der ein freyman sey der sol an dem amt pleyben zu dem mynsten ein jar ob er sich recht und wol daran helt, der sol auch alle tag zu gericht sitzen on den suntag und on alle heilig tage, und sol allen leuten richten dye im clagen von allen leuten, on von fürsten und von andern hochen leuten wo es get an iren leyb und an ir ere an ir rechte, an ir erb an ir lehen, das wollen wir selber richten.

Derselbe richter sol auch nyemant vertragen[37], er thu es dann mit unserm Worte, er sol auch nyeman in die acht thun noch darauß lassen wann das sullen wir selber thun.

Derselbe Richter sol schweren auf den heyligen das er durch lieb noch durch laid noch durch vorcht noch durch nicht anders richten wann nach

sach. [28] teuer, hoch. [29] hier fehlt etwa: seyn das drittail dem. [30] statt: verbieten (oder nyemant statt yemant). [31] ohne. [32] soll offenbar heißen: dyebs (gestohlene Sachen). [33] das erste Mal (dies nachgewiesen). [34] jenem. [35] entreden, frei reden. [36] in dessen Gerichtsbezirk sie gelegen ist. [37] verschieben.

recht als im ertailt wirt. Derselbe richter sol nemen alle dye wette dye uns von den werden dye auß der acht kumen der sol er uber ain nit lassen[38], darumb das er dester ungerner in die acht kume, dyse wette beschaiden wir demselben richter, darumb das er dester gerner richte, und von nyemant kainer hand gut umb das gericht neme. Der richter sol haben einen sunderlichen schriber der anschreibe dye in dye acht kumen und von was clagen sie in dye acht kumen und den tag so sie darein kument, er sol auch schreyben die dye aus der acht kumen, und den tag wann sy darauß kummen, und sol kainer schreiben den burgen dye den clagern gesetzt werden umb dye besserung und sol anschryben alle dye besserung dye den clagern ir pesserung gelühen wirt ir gelenstet, er sol auch schreyben aller der Namen, dye dem Land zu schadlichen Leuten gesetzt[39] werden, und wann sy sich der schuld entredent so sol er iren Namen abschreyben und abstreichen, derselb sol auch schreyben all dy Urteil dye umb gros sach von uns gesament[40] werden und da sy funden werdent, darumb das man nach denselben urtailen richten. Derselbe sol nemen alle dise prieff dye umb clag sint und sol kein andern mussen[41] haben, dann die brieff berichten. Der schreyber der hyezu erkoren ist und wird der sol schweren auf den heiligen das er durch lieb noch durch laytt noch durch vorchte noch durch miette noch durch magschafft noch durch kain hand ding icht thu oder schreybe, an seinem ampte, dann das recht ist als er sich aller past[42] versynnen[43] kan. Der selb schreyber sol ein lay sein darumb ob er anders thu dann er zu recht sol das es im an den leyb gee. Diß haben wir gesetzt durch was das wann uns nutze duncket allen den dye in unnsrem reich seind und allen gemainen leuten den wir nit stettlich mugen gerichten von unsern manigvaltigen unmussen.

31. Constitutio ducatus Brunsvicensis et Luneburgensis.

1235.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus — —. In qua[1] dum assidentibus nobis principibus nostra serenitas resideret, de reformando terre statu disponens, nominatus Otto de Luneburch flexis genibus coram nobis, omni odio et rancore[2] postpositis, quae inter proavos nostros existere potuerunt, se totum in manibus nostris exposuit, nostris stare beneplacitis et mandatis, et insuper proprium castrum suum Luneburch, quod idiomate Teuttonico vocatur eygen, cum multis aliis castris, terris et hominibus eidem castro pertinentibus, in nostram proprietatem et dominium specialiter assignavit, ut de eo, quidquid nobis placeret, tamquam de nostro proprio faceremus. Nos autem, qui tenemur modis omnibus imperium augmentare, predictum castrum de Luneburch cum omnibus castris, pertinenciis et hominibus suis, quemadmodum ex ejusdem Ottonis assignatione in proprietatem accepimus,

[38] erlassen. [39] wohl: gesagt, angezeigt. [40] zusammenbringen, durch Gesamturteil finden. [41] würde heißen: Freiheit, Berechtigung; doch ist wohl zu lesen: unmußen (Beschäftigung, Nebenamt). [42] best. [43] versehen, einsehen.

31. [1] curia Maguncie indicta. [2] Gehässigkeit, feindliche Gesinnung.

in praesentia principum in imperium transtulimus, et concessimus, ut per imperium infeodari deberet. Civitatem insuper de Brunswich, cujus medietatem proprietatis dominii a marchione de Baden, et reliquam medietatem a duce Bawarie, dilectis principibus nostris, emimus, pro parte uxorum suarum, quae fuerunt quondam filie Henrici de Brunswich, comitis Palatini Reni, patrui dicti Ottonis, similiter in eadem curia imperio concessimus, proprietatem nobis debitam in dominium imperii transferentes. Preterea Ottone in ipsa generali curia in manibus nostris connexis palmis super sancta cruce imperii, que ibidem tenebatur prestante fidei sacramentum — — cum consilio, assensu et assistentia principum civitatem Brunswich et castrum Luneburch cum omnibus castris, hominibus et pertinenciis suis univimus et creavimus inde ducatum et imperiali auctoritate dictum consanguineum nostrum Ottonem ducem et principem facientes, ducatum ipsum in feodum imperii ei concessimus, ad heredes suos filios et filias hereditarie devolvendum, et eum sollempniter juxta consuetudinem investivimus per vexilla, de affluentiore gratia concedentes eidem decimas Goslarie, imperio pertinentes. Ceterum ministeriales suos in ministeriales imperii assumentes, eidem concessimus, eosdem ministeriales juribus illis uti, quibus imperii ministeriales utuntur. Ad hujus itaque concessionis memoriam et robur perpetuo valiturum, praesens privilegium fieri et bulla aurea, typario nostre majestatis impressa, jussimus communiri.

32. Sententia contra infeodationem regalium.

1238.

§ 2. Adjicientes expresse, et edicto imperiali perpetuo valituro, eadem auctoritate et de premisse potestatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in predicto regno Boemie a tempore cujus contrarii non habetur memoria, jugiter[5] observatum existit; ita nulli prorsus principi, baroni, nobili, militi, clienti, civi, burgensi, seu rustico, nulli demum persone, seu incole regni Boemie sepedicti, cujuscunque status, preeminencie, dignitatis vel condicionis existant, vel existat, a quibuscunque processibus, sentenciis interlocutoriis, vel diffinitivis sive preceptis regis Boemie, aut quorumcunque suorum judicum, nec non execucionibus eorundem contra se in regali judicio, seu coram regis, regni, seu predictorum judicum tribunalibus factis, aut latis, habitis vel ferendis, in antea seu fiendis, ad quodcunque aliud judicium appellare, provocaciones quoque seu appellationes hujusmodi, si quas contra hoc interponi contigerit, eo ipso viribus non subsistant, et appellantes ipsi penam perdicionis causarum ipso facto se noverint incurrisse.

---

[5] fortdauernd, beständig.

Kap. 9.
Regalien der Kurfürsten.

§ 1. Presenti constitucione in perpetuum valitura statuimus ac de certa sciencia declaramus, quod successores nostri Boemie reges, nec non universi et singuli principes electores, ecclesiastici et seculares qui perpetuo fuerint, universas auri et argenti fodinas, atque mineras stanni[a], cupri, ferri, plumbi, et alterius cujuscunque generis metalli, ac eciam salis tam inventas quam inveniendas imposterum, quibuscunque temporibus in regno predicto aut terris et pertinenciis eidem regno subjectis, nec non supradicti principes in principatibus, terris, dominiis, et pertinenciis suis tenere juste possint, et legittime possidere, cum omnibus juribus, nullo prorsus excepto, prout possunt seu consueverunt talia possideri.

§ 2. Nec non judeos habere, thelonia in preterito statuta et indicta percipere. Quodque progenitores nostri reges Boemie, felicis memorie, ipsique principes electores ac progenitores et predecessores eorum legittime potuerint usque in presens sicut hoc antiqua laudabili et approbata consuetudine diuturnique ac longissimi temporis cursu prescripta, noscitur observatum.

Kap. 10.
Münzrecht.

§ 1. Statuimus preterea, ut regi Boemie successori nostro, qui fuerit pro tempore, sicut constat ab antiquo illustris memorie Boemie regibus nostris predecessoribus licuisse, et in possessione pacifica continua ipsos fuisse juris subsequentis, videlicet monetas auri et argenti, in omni loco et parte regni sui, et subditarum ei terrarum et pertinenciarum omnium, ubi rex ipse decreverit, sibique placuerit cudi, facere et mandare, sub omni modo et forma, atque in regno ipso Boemie, in hiis ad hec usque tempora observatis.

§ 2. Quodque futuris perpetuo Boemie regibus, ac nostra imperiali constitucione et gracia perpetuo valituris, a quibuscunque principibus, magnatibus, comitibus, ac personis aliis, quascunque terras, castra, possessiones, predia sive bona liceat emere, comparare, seu in donum vel donacionem ex quacunque causa, aut in obligacionem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prediorum, seu bonorum condicione consueta, ut videlicet propria recipiantur vel comparentur ut propria, libera velut libera, ea que dependent in feudum similiter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur: ita tamen, quod ipsi reges Boemie de hiis que hoc modo comparaverint, vel receperint, et regno Boemie duxerint applicanda, ad pristina ac consueta jura de talibus sacro explenda et reddenda imperio sint astricti.

§ 3. Presentem nichilominus constitucionem et graciam virtute presentis legis nostre imperialis ad universos principes electores,

[a] Zinn.

tam ecclesiasticos quam seculares successores, et legittimos heredes ipsorum, plene extendi volumus, sub omnibus modis et condicionibus, ut prefertur.

Kap. 11.
Immunitätsrechte.

§ 1. Statuimus eciam, ut nulli comites, barones, nobiles, feudales, vasalli, castrenses, milites, clientes, cives, burgenses, nulle quoque persone, Coloniensi Maguntinensi et Treverensi ecclesiis subjecti vel subjecte, cujuscunque status, condicionis vel dignitatis existant, ad cujuscunque actoris instanciam, extra territorium et terminos ac limites earundem ecclesiarum et pertinenciarum suarum, ad quodcunque aliud tribunal, seu cujusvis alterius, preterquam archiepiscoporum Maguntinensis, Treverensis et Coloniensis et judicum suorum judicium citari potuerint temporibus retroactis, vel trahi seu vocari debeant perpetuis in antea temporibus sive possint, sicut preteritis invenimus temporibus observatum.

§ 2. Quod si contra presens edictum nostrum, predictos ecclesiarum Treverensis, Maguntinensis seu Coloniensis subditos, vel eorum aliquem seu aliquos, ad cujuscunque instanciam, seu ad cujuscunque tribunal, pro quacunque causa criminali, civili, vel mixta, seu quocunque negocio extra territorium, limites, seu terminos dictarum ecclesiarum, vel alicujus earum citari contingeret, comparere vel respondere minime teneantur, et citacio ac processus, et sentencie interlocutorie vel diffinitive contra non venientes, a talibus judicibus extraneis late vel facte, fiende vel ferende, nec non precepta et premissorum execuciones, et omnia que ex eis, vel aliquo eorum quolibet sequi attemptari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso.

§ 3. Adjicientes expresse, quod nulli comiti, baroni, nobili, feudali, vasallo, castrensi, militi, clienti, civi, rustico, nulli demum persone ecclesiis hujusmodi subjecte, seu ejus incole, cujuscunque status, dignitatis, vel condicionis existant, a processibus, sentenciis interlocutoriis, et diffinitivis, sive preceptis archiepiscoporum et ecclesiarum hujusmodi, vel suorum officiatorum temporalium aut execucionibus eorundem contra se, in archiepiscopali seu officiatorum predictorum judicio factis aut latis, habitis, vel ferendis, in antea seu fiendis, ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in archiepiscoporum predictorum et suorum judicio querulantibus non fuerit justicia denegata, appellaciones contra hoc factas non recipi statuimus, cassasque et irritas nunciamus.

§ 4. In defectu vero justicie predictis omnibus ad imperialem dumtaxat curiam et tribunal seu judicis immediate in imperiali curia pro tempore presidentis audienciam, et eciam eo casu non ad quemvis alium judicem sive ordinarium sive eciam delegatum hiis, quibus denegata fuerit justicia, liceat appellare. Quicquid vero contra premissa factum fuerit, sit irritum eo ipso.

§ 5. Eandem constitucionem virtute presentis legis nostre imperialis ad illustres, comitem palatinum Reni, ducem Saxonie et

marchionem Brandenburgensem principes electores seculares sive laicos, heredes, successores, et subditos eorum plene extendi volumus, sub omnibus modis et condicionibus, ut prefertur.

§ 6[7]. Hanc autem legem propter quedam dubia, que ex ea suborta fuerunt, de illis dumtaxat feudalibus vasallis et subditis debere declaramus intelligi, qui feuda, bona et possessiones a principibus electoribus ecclesiasticis et secularibus dependentes, que in temporali ipsorum jurisdictione consistunt, obtinere noscuntur et actualiter et realiter resident in eisdem. Si vero tales electorum principum vasalli et homines ab aliis eciam archiepiscopis, episcopis sive principibus similia feuda possident, et larem fovent[8] in illis, ex tunc, si iidem archiepiscopi, episcopi vel principes ab imperio bannum habent et privilegium, duella coram se agi permittere, apud illos agat de talibus. Alioquin ad imperialis curie judicis examen, super his decernimus recurrendum.

Kap. 12.

Kurfürstentage.

§ 1. Inter illas multiplices reipublice curas, quibus assidue mens nostra distrahitur, multa consideracione necessarium fore prospexit nostra sublimitas, ut sacri imperii principes electores ad tractandum de ipsius imperii orbisque salute frequencius solito congregentur: qui solide bases imperii et columpne immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum consistunt distancias, ita de incumbentibus regionum sibi cognitarum defectibus referre simul et conferre noverunt, sanisque providencie sue consiliis non ignorant accommodis talium reformacionibus salubriter opem dare.

§ 2. Hinc est quod in solempni curia nostra Nurenberg, cum venerabilibus ecclesiasticis et illustribus secularibus principibus electoribus et multis aliis principibus et proceribus per nostram celsitudinem celebrata, habita cum eisdem principibus electoribus deliberatione, et de ipsorum consilio pro bono et salute communi cum dictis principibus electoribus tam ecclesiasticis quam secularibus duximus ordinandum, quod iidem principes electores de cetero per singulos annos semel, transactis a festo Paschalis resurreccionis dominice quatuor septimanis continue numerandis in aliqua civitatum sacri imperii personaliter congregentur, et ad idem tempus proxime affuturum seu anno presenti colloquium seu curia et congregacio hujusmodi in civitate nostra imperiali Metensi per nos et eosdem principes celebretur, ac tunc et deinceps die quolibet congregacionis hujusmodi locus per nos, quo sequenti anno conveniant ipsorum consilio statuatur: hac nostra ordinacione ad nostrum ac ipsorum dumtxat beneplacitum duratura, qua durante ipsos sub nostro

[7] Dieser Paragraph ist ein späterer Zusatz und fehlt in einer Reihe von Handschriften. [8] ihre Wohnung haben.

imperiali conductu recepimus ad dictam curiam accedendo, stando, et eciam recedendo.

§ 3. Preterea ne tractatus communis salutis et pacis per tractum et moram solacii seu excessivam frequentacionem convivii retardetur, ut aliquando fieri est consuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps curia seu congregacione prefata durante, generales omnium principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares vero, que agendorum expedicionem non impediant, cum moderamine sint permisse.

Kap. 13.

Vorrang der Kurfürstenprivilegien.

§ 1. Preterea statuimus, et hoc imperiali sanccimus edicto, quod universa privilegia et litere, quibuscunque personis, cujuscunque status, preeminencie, dignitatis existant, seu civitatum et oppidorum, et quorumlibet locorum universitatibus, super quibuscumque juribus, graciis, emunitatibus, consuetudinibus, seu rebus aliis, eciam proprio motu seu alias a nobis, vel recolende memorie divis romanis imperatoribus et regibus, predecessoribus nostris, sub quibuscumque verborum tenoribus concessa et concesse, seu a nobis vel successoribus nostris romanis imperatoribus et regibus in antea concedenda, seu concedende, non debeant, aut possint libertatibus, jurisdiccionibus, juribus, honoribus seu dominiis principum electorum sacri imperii, ecclesiasticorum et secularium, aut alicujus ipsorum in aliquo penitus derogare.

§ 2. Eciamsi in talibus privilegiis et literis, quarumlibet personarum, cujuscumque preeminencie, dignitatis, aut status extiterint, ut prefertur, seu universitatum hujusmodi expresse cautum sit vel fuerit in futurum, quod revocabilia seu revocabiles esse non debeant, nisi de ipsis et toto in eis comprehenso tenore, in tali revocacione fieret de verbo ad verbum seriatim mencio specialis.

§ 3. Hujusmodi namque privilegia et literas, si et in quantum libertatibus, jurisdiccionibus, juribus, honoribus, seu dominiis, dictorum principum electorum, aut alicujus ipsorum derogare censentur, in aliquo, quo ad hoc revocamus ex certa sciencia et cassamus, revocataque et revocatas intelligi, et haberi decernimus, de plenitudine imperatorie potestatis.

Kap. 14.

Lehensentziehung.

§ 1. In plerisque partibus vasalli et feudatarii dominorum feuda seu beneficia, que a dominis ipsis obtinent, intempestive, verbaliter, et in fraude renunciant seu resignant eadem, et facta resignacione hujusmodi dominos ipsos maliciose diffidant, suasque inimicicias eis denunciant, dampna ipsis subsequenter gravia inferendo, et beneficia seu feuda sic relicta pretextu guerre seu inimicicie iterum invadunt et occupant, et detinent occupata.

§ 2. Eapropter presenti constitucione in perpetuum valitura sanccimus, quod talis resignacio seu renunciacio haberi debeat pro non facta, nisi libere et realiter facta fuerit per eosdem, ita quod possessio beneficiorum et feudorum hujusmodi dominis ipsis corporaliter et realiter assignetur, in tantum quod nullo unquam tempore diffidantes ipsi in bonis, feudis seu beneficiis resignatis dominos ipsos perturbent per se vel alios aut molestent, nec ad hoc consilium prestent, auxilium vel favorem.

§ 3. Contrarium faciens seu dominos suos in beneficiis et feudis resignatis vel non resignatis invadens quomodolibet vel perturbans, vel dampna in ipsis inferens, seu consilium, auxilium prestans talia facientibus vel favorem, feuda et beneficia hujusmodi eo ipso amittat, infamis existat, et banno imperiali subjaceat; et nullus ad feuda vel beneficia hujusmodi pateat ei de cetero quocunque tempore aditus vel regressus, nec de novo concedi sibi valeant ullo modo, et facta eis contra hoc illorum concessio seu investitura secuta viribus non subsistat.

§ 4. Postremo omnes penas predictas, illos vel illum, qui predicta resignacione non facta contra dominos suos fraudulenter agentes vel agens scienter eos invaserint, vel invaserit diffidacione quacunque previa vel obmissa, vigore presentis sanccionis incurrere decernimus ipso facto.

Kap. 15.

Einungen.

§ 1. Detestandas preterea et sacris legibus reprobatas conspiraciones et conventiculas, seu colligaciones illicitas, in civitatibus et extra, et inter civitatem et civitatem, inter personam et personam, sive inter personam et civitatem pretextu parentele, seu recepcionis in cives, vel alterius cujuscunque coloris conjuraciones insuper et confederaciones et pacta, nec non et consuetudinem circa hujusmodi introductam, quam censemus pocius corruptelam, reprobamus, dampnamus, et ex certa sciencia irritamus, quas civitates, seu persone cujuscunque dignitatis, condicionis, aut status, sive inter se, sive cum aliis absque auctoritate dominorum, quorum subditi vel ministeriales, seu in quorum districtu consistunt, eisdem dominis nominatim non exceptis fecerunt hactenus et facere presumpserint in futuro, sicut eas per sacras divorum augustorum predecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur, et cassatas.

§ 2. Illis confederacionibus et legis[a] dumtaxat exceptis, quas principes et civitates, ac alii super generali pace provinciarum atque terrarum inter se firmasse noscuntur. Illas enim nostre declaracioni specialiter reservantes in suo decernimus vigore manere, donec de hiis aliud duxerimus ordinandum.

§ 3. Personam singularem que de cetero contra tenorem presentis constitucionis nostre et legis nostre antique super hoc edite

[a] lega: Bündnis, Ligue.

confederaciones, colligaciones, conspiraciones, et pacta hujusmodi inire presumpserint, ultra penam legis ejusdem notam infamie, et penam decem librarum auri,

§ 4. Civitatem vero, vel universitatem in hanc legem nostram similiter committentem centum librarum auri, nec non amissionis et privacionis libertatum et privilegiorum imperialium penas incurrere decernimus, eo ipso medietatem pene hujusmodi pecuniarie fisco imperiali, reliquam vero domino districtus, in cujus prejudicium facte fuerint, applicando.

Kap. 16.

Pfahlbürger.

§ 1. Ceterum, quia nonnulli cives et subditi principum, baronum et aliorum hominum, sicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum ordinarie subjectionis querentes abjicere, ymmo ausu temerario contempnentes, in aliarum civitatum cives recipi se procurant, et frequencius in preterito procurarunt, et nichilominus in priorum dominorum, quos tali fraude presumpserunt, vel presumunt deserere terris, civitatibus, oppidis et villis, corporaliter residentes, civitatum, ad quae hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere, et ab eis defensari contendunt, qui in partibus alamanie pfalburgerii consueverunt vulgariter appellari.

§ 2. Quoniam igitur patrocinari non debeant alicui fraus et dolus, de imperatorie potestatis plenitudine, omnium principum electorum ecclesiasticorum et secularium sano accedente consilio, ex certa sciencia statuimus, et presenti lege perpetuo valitura sancimus, quod predicti cives et subditi eis, quibus subsunt taliter illudentes in omnibus terris, locis et provinciis sacri imperii, a presenti die imposterum, civitatum, in quarum cives tali fraude recipi se procurant, vel hactenus procurarunt, juribus et libertatibus in nullo pociantur; nisi ad hujusmodi civitates corporaliter et realiter transeuntes, ibique larem foventes, continue et vere ac non ficte residenciam facientes, debita onera et municipalia subeant munera in eisdem.

§ 3. Si qui vero contra presentis nostre legis tenorem recepti sunt, vel fuerint in futurum, illorum recepcio omni careat firmitate, et recepti cujuscumque condicionis, dignitatis, aut status existant, in nullo casu penitus sive causa civitatum, ad quas recipi se procurant, juribus vel libertatibus gaudeant quomodolibet vel fruantur. Non obstantibus quibuscunque juribus, privilegiis, vel consuetudinibus observatis quantocunque tempore et obtentis. Quas et que in quantum presenti nostre legi obviant, presentibus ex certa sciencia revocamus, et de predicte imperialis plenitudine potestatis omnique carere decernimus robore firmitatis.

§ 4. Circa premissa omnia principum, dominorum et aliorum hominum, quos taliter deseri contigit vel continget inposterum, juribus circa personas et bona subditorum quorumcunque ipsos sepe dicto modo deserencium semper salvis.

§ 5. Hos nichilominus qui sepe dictos cives et subditos alienos recipere contra presentis nostre legis disposicionem presumpserint, si eos omnino non dimiserint infra mensem post intimacionem presencium eis factam, centum marcas auri puri pro transgressione hujusmodi tociens, quociens deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quarum medietas imperiali fisco nostro, reliqua vero dominis illorum, qui recepti fuerint, irremissibiliter applicetur.

Kap. 17. Friedensbruch.

Kap. 18.
Einladungsschreiben zur Kaiserwahl.

§ 1. Vobis illustri et magnifico principi, domino marchioni Brandenburgensi, sacri imperii archicamerario, coelectori et amico nostro carissimo.

§ 2. Eleccionem Romanorum regis, que ex causis racionabilibus imminet, facienda presentibus intimamus vosque ex officii nostri debito ad eleccionem prefatam rite vocamus, quatenus a die tali etc. intra tres menses continuo computandos, per vos seu nuncios aut procuratores vestros unum vel plures sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum juxta formam sacrarum legum super hoc editarum venire curetis, deliberaturi, tractaturi, et concordaturi, cum aliis conprincipibus et coelectoribus vestris et nostris de eleccione futuri regis Romanorum in imperatorem postmodum favente domino promovendi.

§ 3. In eodem mansuri usque ad plenam consummacionem eleccionis hujusmodi, et alias facturi et processuri, prout in sacris legibus super hoc deliberate editis invenitur expressum.

§ 4. Alias non obstante vestra seu vestrorum absencia in premissis una cum aliis conprincipibus et coelectoribus nostris, prout legum ipsarum sanccivit auctoritas, finaliter procedemus.

Kap. 19. Wahlvollmacht.

Kap. 20.
Kurfürstenlande.

§ 1. Cum universi et singuli principatus, quorum virtute seculares principes electores jus et vocem in eleccione regis Romanorum in cesarem promovendi obtinere noscuntur, cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus, et juribus aliis, eis et cuilibet eorum annexis et dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti, et inseparabiliter sint uniti, quod jus, vox, officium, et dignitas, alia quoque jura, ad quemlibet principatuum eorundem spectancia, cadere non possint in alium, preter illum, qui principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis, et dominio, ac ejus pertinenciis universis dinoscitur possidere: presenti edicto imperiali perpetuo valituro sanccimus, unumquemque principatuum predictorum cum jure et voce eleccionis ac officio, ceterisque omnibus dignitatibus, juribus,

et pertinenciis ad ipsum spectantibus, ita perseverare et esse debere unitum perpetuis temporibus indivisibiliter et conjunctum, quod possessor principatus cujuslibet eciam juris, vocis, officii, dignitatis, et pertinenciarum omnium ad illum spectancium, quieta debeat et libera possessione gaudere ac princeps elector ab omnibus reputari, ipseque et nemo alius per ceteros principes electores ad eleccionem et omnes actus alios pro sacrii imperii honore vel opportunitate gerendos, omni tempore assumi sine contradiccione qualibet et admitti, nec aliquid premissorum ab altero, cum sint et esse debeant inseparabilia, dividi, vel ullo tempore debeat separari,

§ 2. Aut in judicio vel extra divisim[10] repeti valeant aut evinci, vel eciam per sentenciam separari, nec aliquis unum sine alio impetens[11] audiatur.

§ 3. Quod si per errorem vel alias auditus quis fuerit, aut processus, judicium, sententia, vel aliquid hujuscemodi contra presentem disposicionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attemptari contingerit, hoc totum et omnia ex hiis et quolibet eorum sequencia, eo ipso viribus non subsistant.

Kap. 21. Platz der geistlichen Kurfürsten bei Aufzügen.

Kap. 22.
Tragen der Reichsinsignien.

§ 1. Ad declarandum autem in imperatoris vel regis Romanorum deambulantis presencia processionis ordinem principum electorum, de quo supra fecimus mencionem, statuimus, ut quocienscumque in celebracione imperialis curie principes electores cum imperatore vel rege Romanorum in quibuscumque actibus vel solempnitatibus processionaliter ambulare contigerit et imperialia vel regalia debuerint insignia deportari, dux Saxonie imperialem seu regalem ensem deferens imperatorem seu regem immediate precedat, et inter illum et archiepiscopum Treverensem medius habeatur.

§ 2. Comes vero palatinus pomum imperiale portans a latere dextro.

§ 3. Et marchio Brandenburgensis sceptrum deferens a sinistro latere ipsius ducis Saxonie linealiter gradiantur.

§ 4. Rex autem Boemie imperatorem seu regem ipsum immediate nullo interveniente sequatur.

Kap. 23. Ordnung der geistlichen Kurfürsten bei kirchlichen Handlungen.

Kap. 24. Verletzung der Majestät der Kurfürsten[12].

---

[10] geteilt, teilweise. [11] beanspruchend.
[12] handelt besonders von Strafen für Mordanschläge gegen die Kurfürsten.

Kap. 25.

Successionsordnung für die Kurfürstentümer.

— — —

§ 2. Decernimus igitur et hoc perpetuis temporibus valituro sanccimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus insignes et magnifici principatus, videlicet regnum Boemie, comitatus palatinus Reni, ducatus Saxonie, et marchionatus Brandenburgensis terre, districtus, homagia, vasallagia, et alia quevis ad ipsa spectancia scindi, dividi seu quavis condicione dimembrari non debeant, sed ud pocius in sua perfecta integritate perpetua maneant.

§ 3. Primogenitus filius succedat in eis, sibique soli jus et dominium competat, nisi forsitan mente captus, fatuus, seu alterius famosi et notabilis defectus existeret, propter quem non deberet seu posset hominibus principari.

§ 4. In quo casu inhibita sibi successione, secundogenitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, vel consanguineum laicum, qui paterno stipiti, in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum.

§ 5. Qui tamen apud alios fratres et sorores, se clementem et pium exhibebit continuo, juxta datam sibi a Deo graciam, et juxta suum beneplacitum, et ipsius patrimonii facultates, divisione, scissione, seu dimembracione principatus, et pertinenciarum ejus sibi modis omnibus interdicta.

Kap. 26—28. Ceremonialvorschriften für das Auftreten der Kurfürsten am kaiserlichen Hofe.

Kap. 29.

Entgelt für Belehnung.

§ 1. Decernimus hoc imperiali edicto, ut principes electores ecclesiastici et seculares, dum feuda sua sive regalia ab imperatore vel rege recipiunt, ad dandum vel solvendum aliquid nulli penitus sint astricti: nam pecunia, que tali pretextu persolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipsi principes electores cunctis imperialis curie presint officiis, suos eciam habentes in officiis hujusmodi substitutos datos ad hoc a romanis principibus et dotatos, videretur absurdum, quod substituti officiales a suis superioribus quocunque quesito colore exenia[13] postularent, nisi forte ipsi principes electores sponte et liberaliter hiis aliquid largireutur.

§ 2. Porro ceteri principes imperii ecclesiastici vel seculares, dum predicto modo eorum aliquis feuda sua ab imperatore Romanorum suscipit vel a rege, dabit officialibus imperialis sive regalis curie sexaginta tres marcas argenti, cum uno fertone[14], nisi eorum aliquis privilegio seu indulto imperiali vel regali tueri se posset, et probare, se solutum vel exemptum a talibus, aut eciam aliis quibus-

---

[13] Gebühren. [14] Ferting, Vierling, ¼ Mark.

cunque, que solui in suscepcione feudorum hujusmodi consuevissent.

§ 3. Predictarum insuper sexaginta trium marcarum et fertonis divisionem faciet magister curie imperialis sive regalis, hoc modo: primo enim decem marcas pro semet ipso reservans, dabit cancellario imperialis sive regalis curie decem marcas, magistris, notariis, dictatoribus tres marcas, et sigillatori pro cera et pergameno unum fertonem, ita videlicet, quod cancellarius et notarii principi recipienti feudum, non ad aliud, quam ad dandum sibi testimonialem recepti feudi seu simplicis investiture litteram sint astricti. Item dabit magister curie pincerne de Lymburg de prefata pecunia decem marcas, magistro coquine de Nortemberg decem marcas, vicemarescalio de pappenheim decem marcas, et camerario de Falkensteyn decem marcas: tali tamen condicione, si ipsi et eorum quilibet in hujusmodi curiis solempnibus presencialiter assunt in suis officiis ministrando.

Si vero ipsi vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc officiales imperialis sive regalis curie, qui talibus presunt officiis, eorum quorum supplent absenciam, singuli singulorum, sicut vicem nomenque et laborem sufferunt, sic lucrum et commoda reportabunt.

§ 4. Dum autem princeps aliquis equo vel alteri bestie insidens feuda sua ab imperatore recipit vel rege, equus ille seu bestia cujuscunque speciei sit, debetur superiori marescallo, id est duci Saxonie, si presens affuerit, alioquin illi de Pappenheim ejus vice marescallo, aut illo absente imperialis sive regalis curie marescallo.

Kap. 30. Ausbildung der Kurfürstensöhne in Sprachen.

---

17. Ordnung des Kaiserlichen Kammergerichts.

1471.

Wir Friedrich von Gots Gnaden Romischer Keiser zu allen Zyten Merer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croacien 2c. König, Herzog zu Oesterreich und zu Steyr 2c. Sezen und ordnen, daß hinfür unser Cammergericht besizen sollen ein Cammer-Richter mit einer zimlichen Zahl erbaren, redelichen, beysizenden Urteilern, die verbunden seyn sollen, unsers Cammergerichts stetiglichs, wo wir zu Zeiten im Reich sein, oder Cammergericht zu halten befehlen, zu gewarten, oder das merer aus yn, und auf daß aller Argwohn vermieten werde, sollen dieselbigen, und wer hinfür zu Cammer-Richtern und Urteilern aufgenommen werden, diesen hernach geschrieben Eidt thun.

§ 1. Ich N. globe und swere, daß ich nach allen minen besten Verstentniß und Sinnen recht urteilen und recht sprechen will, in Sachen, so vor mir in dem Kammergericht gehandelt und fürgenommen werden, und

das nicht laßen vmb Vorcht, Gunst, Lieb, Gab, oder Versprechniß eincher Gab oder anders; mein Urteil auch zu sprechende geverlich nicht verhalten oder verziehen, auch mit keiner Partei, die vor dem Gericht zuschaffen hat, einche Fürrede haben, noch keiner Parteyen wider die andern Hülf, oder Beystandt tun, noch ichtz von yne nemen, oder in iren Sachen rathen, sunder alles geverde.

— — —[1].

§ 10. Und daß sich ein jeder in Sachen, so hinfüre in unserm Kammer Gericht gehandelt werden, zu halten wiße, sezen und ordenen wir, so der Cläger auf den gesezten Recht-Tagk nicht erschiene, auch kein Ehehafft seiner Verhinderung der zu Recht gnug were, beybringen laßen würd, Wann denn solch sein Außenblibunge und Contumacia beschicht, ehe der Antworter auf die Clage geantwort und litem contestiret hette, so solt der Antwerter von solchem Gericht auf daßelbigmahl entledigt werden, und die Gerichts-Kosten so darauf gegangen weren, erlangt haben.

§ 11. Ob aber der Antworter begerte, sich von der Clage und Ansprach, in der Citation bestimt, oder von des Clegers Teil, in Recht fürbracht, mit Recht zu entledigen, und sein Unschult und Gerechtigkeit fürbringen wolt und sich erbeüt, solichs in Recht zu volfürn, so solt er in solchem Erbieten also gehört und zugelaßen werden, und auf sein Fürbringen und Kuntschafft, mit entlicher Urteil gescheen, was Recht were.

§ 12. Ob aber der Cleger, nachdem der Antwerter auf sein Clage geantwort, und litem contestiret hette, ungehorsam würde, so solt der Antwerter auf sein Begeren, von der Clag, darinn Er geladen wer, entledigt werden und seinen GerichtzKosten behabt haben. Es wer dann, daß der Richter und die Urteiler auß dem Fürbringen und GerichtzHandel als Kundschafften und anders, den Weg abnemen möchten, was ynen in solchen zu erkennen und zu urteilen wer, dem solten sie alßo nachkommen, und umb GerichtzKosten geschheen, was sich in Recht gebüret.

§ 13. Würde aber der Antwerter vor oder nach seiner Antwort ungehorsam, so sollen Richter und Urteiler, auf des Clegers Anruffen, in der Sachen mit der Verhörung alles Fürbringens volnfaren, und darauß biß zu entlichen Urteilen und andern Processen und Executorial procediren und dem Cleger, so er das entlich Urteil behabt hette, den Ungehorsamen Angeclagten in GerichtzCosten urteilen; So aber das Urteil für den Antwerter gesprochen würde, so solt umb GerichtsCosten auch geschheen, alß sich in Recht gepürt.

§ 14. Und auf daß Verlengerunge, die die Parthei, so geappellirt hat, bißher durch den Schein ihrer Appellation oft gesucht haben, hinfür vermiden werden; so orden und sezen wir, daß die Parthei, wider die also appellirt wurde, die dann pars appellata heißet, un fürter nicht schuldig sey, das Jare auswarten, das dann den die appelliren, zu Volfürunge derselben ihrer Appellation im Rechten zugeben ist, sundern sie mögen nach Verlaufen sechs Monaten von der Zeit der Appellation vor unserm Gericht erscheinen, Instrument solcher Appellation und der Verkündigung fürbringen, darauf Ladung erlangen und die Appellation prosequiren.

§ 15. Auf daß auch durch Vermischung der Reden die Sachen nicht

[1] Folgen die Eidesformeln für Gerichtsschreiber, Advokaten u. s. w.

verhindert, noch den Richter und Urteilern unverständig gemacht werden, so wollen wir, daß, so ein Sach in dem Gericht fürgewand wird, daß kein ander Sach, dieweil die Partheien gegen einander durch sich oder ire Anwelde Reden fürgenommen werden, biß die Sach nach Notdurfft verhört, und zu Recht gesatzt oder auf den Stand bracht wer, das Recht alsdann erfordert.

§ 16. Es were dann, daß einicher Parthein ein Zeit zu bedencken gegönnet würde, also daß man do zwischen ein andere Sache verhören möcht, oder daß eincher Parthien Beybrengung zugeteilet würde, alsdenn solt man ein ander Sache verhören, wie obgemelt ist. Wer sich auch dawider sezt, und anders hilt, der solt unserm Fiscal mit zehen Gulden an unser statt zu bezahlen verfallen sein, und doch nit anders, wie obgemelt, verhöret werden.

§ 17. Item, alß im Anfang gemeldet ist, unser Cammer-Gericht mit Cammer-Richter und Urteilern besezt werden soll, die desselbigen Gerichts zu warten, verpunden sein sollen, auch Eyde darüber thun, wie obgemelt ist.

§ 18. Auf daß dann wir dester trefflicher Person daran zu setzen gehaben mögen, die auch darum, als billich ist, yren Sold haben sollen, so sezen wir, daß ein yder Cleger, in Anfange des Rechtens, von ydem hundert Gulden, alß hoch sich sein Ansprach trifft, zween Gülden geben soll, das dann unser Vorfarn, Röm. Keißer und Könige, Sportulas genannt haben, davon dem Richter und den Urteilern iren Sold zu bezalen und auszurichten, doch also, ob ein Sach sich ob tausend Gülden haben würde, so sollt von dem übrigen biß auf zwey tausend Gülden, ye von hundert Gülden, ein Gülden gegeben werden. So aber die Summ über zwey tausend Gülden treffe, von dem übrigen ye von hundert Gülden ein halber Gülden bezahlet werden, und solich Geld, Sportulä genannt, soll die Parthey, die in die Costen nach der entlichen Urteil geteilet wirdet, der behaltenden Partey widergeben und ausrichten.

---

18. Reformation der westfälischen Freigerichte.

a. Arnsberger Reformation unter Erzbischof Dietrich von Köln.[1]

1437.

Kap. 1.

Erstlich soll unser allergnädigster Herr, der Römische Keyser, oder König, oder ein Hertzog zu Westphalen, als derselbin irer Keyserlichen oder

---

[1] Ich gebe im Folgenden den Text aus der neuen und vollständigeren Sammlung der Reichsabschiede. Kommt auch nach den Untersuchungen Dunckers in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte Bd. 18 der von Berck im Anhang III seiner Geschichte der Westf. Fehmgerichte abgedruckte Text dem Original vermutlich näher, so empfiehlt sich der hier gegebene, fast nur sprachlich und redaktionell abweichende, für den vorliegenden Zweck durch leichtere Verständlichkeit, scheint zudem später eine offizielle Anerkennung gefunden zu haben (Duncker S. 143).

Königlichen Mayestät Statthalter, so darzu sonderlich privilegirt und gefreyet ist, keinen Frey-Grafen machen oder belehnen, dere Stulherr, so sein Lehn-Freygrafschafft vom Römischen Keyser oder König, oder einen andern Herrn, davon die Freyenstüle oder Freygrafschaft zu Lehen rüren, trüge, hette dann zuvor demselben unserm allergnedigsten Herrn, dem Römischen Keyser oder König, oder dem Statthallter, overmitz[2] seinem versigeltem Brieff präsentirt, und darin mit seinem Eyd bedeurete, das derselb fürgenomener Freygraf ehlich und recht von Vater und Mutter auf Westphälischer Erden geboren sey, das er auch von demselben kein Leumuth oder offenbare Mißethat wiße, daß er das Freygericht mit Recht wol besizen möge, und darin die Frey-Grafschafft und freyen Bann, darin derselb zum Frey-Grafen soll angenommen werden, nennen, dieselbe Präsentation soll alsdann in die Reformation gesetzt werden, darin derselbe Frey-Grafe geloben und schweren soll, dero Freygrafschafft und Freyenstul recht Gerichte und Verbötung zu thun, und über kein ander Sachen den über die, so an die Freyenstühl gehören, zu richten, wie denn solches der große und heilige Keyser Carl, hochlöblicher Gedechtniß, gesezt und verordnet hat, und von Alters herbracht und gehalten ist, zum Theil nachfolgend, darzu auch allezeit gehorsam zu sein, vnd auf gesinnen unsers allergnedigsten Herrn, des Römischen Keysers oder Königs, oder des obgemelten Statthalters, des Jars eins, wann ehe man ihm dahin auß bequemen Stetten, als auf Westphalischer Erden, da sich das gebürt, erfordert, zum Capitul zu komen, und zu besehen wie sich die Frey-Grafen in der freyen Grafschafft gehalten und geschickt haben, ob sich alsdann erfünde, daß sie sich kentlich übertretten hetten in einigen Punct, sollen sie ihres Frey-Grafen-Amts entsetzet sein, und darzu mag man alß dann solche Vberfahrung an ihnen fordern, wie solches dero heimlichen Achten recht ist.

Kap. 2.

Hernach folgen die Puncten, warum man einen an das Freygericht fordern mag.

§ 1. Zum ersten uber Christen Leyen männlicher Geburth, so vom Christen Glauben in Vnglauben abtreten und fallen.

§ 2. Zum 2. uber die, so geweichete Kirchen und Kirchhöff in des heiligen Reichs freyen Königsstrassen auffetzlich brennen, schenden und rauben.

§ 3. Zum 3. die bekendliche Verrätherey und Falschheit betreiben und damit umgehen.

§ 4. Zum 4. die krenken Kindelbette, und Kindelbets-Frauen schenden und berauben.[3]

§ 5. Zum 5. umb Dieberey, Raub, Mord, Reroif[4] und Mordbrennen, und vort vber alle diejenigen, so gegen die Ehr handeln, und darumb zu den Ehrn nicht antworten noch Rechts pflegen wollen.

---

[2] vermittelst.

[3] Bercks Text hat nur: de Kindelbette schinnet. Der zu Grunde gelegte Text schreibt: Kräen für: kränken (beschädigen). [4] Leichenraub.

Kap. 3.

Item es soll kein Frey-Grafe jemand verbotts Brieff geben, über einigen wissenden Mann, denn an den gehegeden Gerichten und daß die Klag mit rechten Vrteiln ein Vhembd-Frag zu Recht erkannt und geweist sey, auf solche fürgerückte Puncten, sollen auch niemand Verbottung thun, die Klage sey denn gerührt in dem Verbots-Brief. Er soll auch die Verbots-Brief niemands über einen Man ubergeben, den zweyen echten, rechten freyen Schöpfen, die erkennen und auch geloben bey irem Freyschöpffen-Eyde, rechte Verbottung zu thun, und zu rechter Zeit wiederumb in Gericht zu recht zu bringen.

Kap. 4.

Item es soll auch kein Frey-Graf Verbottung thun oder keinen andern freyen Stul besitzen, oder bekleiden, denn mit Wissen und Willen seines Stuhlherren, wie das auch fürgerürt ist, darzu auch einige Verbodung kürtzer setzen einigem Man, denn zu 6. Wochen und 3. Tagen, und man soll auch den Freyschöpffen, so man verbodden will, mit seinem Namen und Zunamen nennen.

Kap. 5.

Item es soll auch kein Frey-Graf einigen Man, der außer dem Land Westphalen gesetzen ist, zum Freyenschöpffen machen, derselb bring dann zuvor einen versiegelten Brief von zweyen erbarn wissenden Mannen, daß er also echt und recht sey, daß er mit Recht dahin gehen möge, und dannoch soll der Frey-Graf sein Bürgen gleichwohl nennen an dem Gericht, wie das gewönhlich ist, und insonderheit soll er kein Bastart oder eigen Lüde wissend machen, sie hetten denn zuvor vom Bapst, Keyser oder König ihre Freyhung.

Kap. 6.

Item hette einige unwißender Man eine Missethat begangen, oder gethan, die vehmwrogige[5] Sachen weren, den Mann soll ein Frey Graf ubermitz[2] seinem besiegelten Brieff vnd frommen Botten, vor sich thun verbotten, und ihme einen Gerichts-Tag über 13. oder 14. Nachten ansetzen, vor das offenbare Freyding oder Freygericht, mag sich alßdann der Mann solcher Mißethat entschlagen und entledigen, als recht ist, das mag er genießen, wo er sich aber derselben nicht mag entslagen oder reinigen, so mag man alsdann die Mißethat über ihne bezeugen, und vort in der heimlichen Acht richten, als recht ist.

Kap. 7.

Es soll auch kein Frey Graf vrouwen[6] also heischen oder verbotten laßen, um einicherley Sach willen anders denn vor das offenbare Frey-Gericht mit den Freyfronen in den freyen Bann, da sie zu gehören und ingesessen sein.

---

[5] so (d. h. durch Fehmgericht zu rügende, strafende) Bercks Text statt des sinnlosen Baummürgige unsres Textes.

[6] so (d. h. Frauen) liest Bercks Text; der zu Grunde gelegte hat: jemand.

Kap. 8.

Es sollen alle diejenige, so verbottet werden, und diejenige, so die Verbodung thun, auß und wieder heim gegen allermenniglichen vehelich[7] sein, außgenomen, was diejenige, so daran besprochen, mit Urtheil und Recht an dem Gericht verleßen würden, und wer herwider und entgegen thut, der ist dem freyen Gericht in ein Wette und Brüchte gefallen, wie sich das mit Recht gebührt, nach Satzung der heimlichen Achte.

Kap. 9.

Were aber Sache, daß einer verbodet were, und seinen Tag halten wolte, sich zu verantworten, und aber das Gericht geschloßen were, also, daß man ihn mit einer Anzahl Lüde, nemlich dreyßig Personen oder darunter gewapnet, und mit einem Fürsprechen an das Gericht nicht lassen wolte, sich zu verantworten, also daß er mit seinen Freunden an und ab vehelich nicht komen möchte, doch außgenomen, was er mit rechten Urtheil verlüre, als dann soll der sitzende Frey-Graf zu der Zeit über den Mann nicht weiter richten vnd der beclagte Mann, so dem Gericht dermaßen gehorsam were, soll der Verbotung und des Gerichts als dann damit erledigt sein, und ob einiger Frey-Graf darwider thete, soll dem Gericht wettig und brüchtig seyn.

Kap. 10.

Ob ein Frey-Graf einen Mann von seinem Rechten setzen, verführen[8] und verfemmen solte oder wolte, darzu soll der Frey-Graf niemands dringen oder gebieten, einige Volge zu thun, denn der Cläger soll 6. mit sich bringen und haben sein Recht, wie sichs gebührt, zu vollführen, sonst soll der Frey-Graf niemands auf die Clag hinsetzen, verführen oder verfemmen, thete aber der Frey-Graf darüber, so soll er selbst in derselben Hinsetzung und Verführung des Gerichts stehen.

Kap. 11.

Es soll auch kein Frey-Graf jemand einige Brieff geben, zu bekennen, daß einiger Mann verführt[8] und verfembt sey, denn er mag dem Cläger so einen Mann verfembt hette, deßen wol ein Schein und Kundschafft geben, mit seinem Siegel besiegelt in Urkund 7 Freyer schöpffen, daß er den Mann von seinem Rechten gesetzt habe, mit rechter Verbodung, Vrtheiln und Gerichten, als recht sey, und denselben Brief soll der Cläger als dann bey sich heimlich behalten, und anders niemand offenbaren, denn echten rechten Freyenschöpfen, so diesen freyen Bann an sich genommen, empfangen, und vort beschworen und verlobt haben.

Kap. 12.

Ein jeglicher Frey-Graf soll ein Register machen, und darein schreiben alle diejenige, so er zu Freyen schöpffen machen wird, und jre Bürgen

[7] Bercks Text liest dafür stets: velich; die Bedeutung ist: in Frieden.
[8] verführen fehlt in Kap. 10 wie 11 in Bercks Text.

dabey mit ihren Namen und Zunamen, und auß welchem Land sie sein, die verbodet werden, und den Cläger dabey, und das Register mit sich bringen, wofern der Römisch Keyser und König oder Statthalter des begeren, zu den Capituln, die ihme angezeigt und verkündigt werden, wie davon hievor gesagt ist.

Kap. 13.

Es soll auch kein Frey-Graf einigen andern Freyen-Stul bekleiden oder besitzen, dann den, daruff er Frey-Graf worden, und in sein Frey-Graffschafft gehörig ist, es were denn Sach, daß einem Stul-Herren sein Frey-Graf abgangen, oder sonst in Kranckheit lege, oder ausleudisch were, alsdann mag ein Frey-Graf einen andern Freyen Stul besitzen und bekleiden, doch mit Willen des Stul-Herrn und des Frey-Grafen, des der Frey-Stul ist, und auch mit Willen seines Stul-Herren.

Kap. 14.

Man soll einen jeden wißenden Mann verboden zum erstenmal mit zweyen echten rechten Freyschöpffen (wie obgemelt) zu 6. Wochen und 3. Tagen an sein Gegenwertigkeit oder in seine Wonung, und ob er kein Wonung hette, soll man ine suchen, da er zu Zeiten ist, und sein Ein- und Ausflucht hat, were es aber Sach, daß er ein Streckhling[9] were, also daß man sein Wonung oder Ausflucht nicht finden möchte, so soll man den an den vier Enden des Lands, als Oesten, Suden, Westen und Norden verbotten, an die Weggescheiding, und dem alsdann vort nachkommen, wie sichs gebührt. Item ob die Botten an dem Tage von Augstes wegen nicht kommen dörften, da die Verbottung geschehen solte, so mögten sie die Verbotung in der Nacht thun, vor der Statt oder Schloß, darinn oder darauf der Mann were, oder da er zu Zeiten sein Flucht hette, und den Brief in den Grendel[10] und Portz[11] stechen und einen Span darauß kerben und hauen, zum Urkunde den mit sich nehmen und dann den Wechter ansprechen und ruffen, daß ers dem Manne N. sage und den Brieff thue, wenn sie ihme den gebracht und in den Grendel gestochen haben, mit einem Königs-Urkund, oder er möchte die Verbödung an den Frey-Grafen, da derjenig in seinem freyen Bann geseßen were, oder sich jnen zu behelffen, oder sonst zu sein pflege.

Kap. 15.

Es soll auch kein Frey-Graf einigerley Verbottung vor sich schreiben an einen andern Frey-Grafen, ihm zu verleuben, die Sach fort zu bringen, die von ihme angehaben und begangen sey, es were denn, daß er seiner freyen Graffschafft entwelldigt were, oder daß ihme sein Stulherr verbötte, daß er nit richten möchte, so möcht er wohl einen andern Frey-Grafen schreiben, was derhalben von ihme gehandelt were, damit das Recht nit verhindert oder verschwigen würde. Auch sollen alle Sachen und Klagen, da sie angehaben würden und angefangen sein, bleiben und ausgericht werden, es falle denn darinn Verhinderung (wie obgemelt) daß der Frey-

---

[9] Herumstreicher. [10] Riegel. [11] Pforte.

Graf stürbe, kranck lege, oder seins freyen Stuls entweldigt were, oder doch andre Gebrechen hett, warum er nicht richten möchte.

Kap. 16.

Ob nun Sach were, daß einiger wissender Mann einen andern wissenden Mann verbotten wolte oder verbottete vor einem freyen Stuhl oder Freygericht, darumb daß er ihme nicht zu den Ehrn wolt antworten, und derjenig so also geladen were, sich erböte dem Gericht ziemlichen Glauben zu thun, zu Behülff des Clägers, oder mit seinen Eyden und Gelübden dem Kleger zu thun, auf gleichen gelegenen gebürlichen Stätten und Zeiten, nemlich inner 6. Wochen, weß er ihme von seiner Ehrn wegen pflichtig und schuldig were, so soll er die vorgenannte Zeit davon unbeschwert bleiben und sein, sonder arge List, und das mögen zween Freyschöpffen unter ihnen siegeln, von deßwegen die Verbottung geschehen were, dem Gericht kunth thun, und ob alsdann der Kläger das also nicht aufnemen wolte, so soll der Frey-Graf darum ferner kein Gericht über ihn thun.

Kap. 17.

Man soll mit dem heimlichen Gericht kein geistliche Lude, so sich zu dem freyen Bann und freyen Gericht nicht verbunden haben, belestigen oder beschweren, darum soll auch das geistliche Gericht keine Inhibition oder Mandata ausgehen lassen gegen die heimliche Gerichte, um einicherley Sachen willen, die in dem heimlichen Gericht, oder in dem freyen Gericht gebürlich sein zu richten nach altem Herkommen.

Kap. 18.

Auch soll man um keinerley Puncten und Articul, so mit rechten Urtheiln vor Wroge[12] erkand und gewißen sein, und sich gebühren in der heimlichen Achten zu richten, davon auch des heiligen Reichs heimlicher Achten Gerichte appelliren, oder sich davon in eine andere Statt oder Gericht beruffen, auß Ursachen, dieweil die heimliche Acht das höchste Gericht ist. Würden aber zwey Urtheil in dem Gerichte zweyschellig[13] gewisen oder gescholten, der Urteill mag man sich alßdann wol beruffen und bekommen an den Stetten und Enden, da sich das zu Recht gebühren soll, und wann also ein Urteill von dem Gericht gescholten und geschuldigt wird, so soll der Frey-Graf Glauben nemen von den Partheyen, so viel sich von Rechtswegen gebührt, deme also nachkommen.

Kap. 19.

Es soll auch kein Gericht oder Richter die sein geistlich oder weltlich, in einigem Puncten und Articule richten, oder sich annemen zu richten da des heiligen Reichs Frey-Gerichte und heimliche Achten einiger Weis mit gekrencket oder sonst nidergelegt werden und vor den Freyen stülen und freyen Gerichten gebührt zu richten, in Ansehung des, daß den geistlichen Richtern über Menschen Fleisch und Blut nit gebührt zu richten.

---

[12] vgl. Anm. 5. [13] zwiespältig.

Kap. 20.

Ferner so sollen und mögen alle Stulherren, Freygrafen und Freyschöpffen dieser vorgemelten Puncten und Articul Gebräuchen und Freyheiten darinn genießen, als ihnen die von Rechtswegen gebühren, und alle Frey-Grafen und Frey-Schöpffen sollen ungewapent veyelich reiten und gehen, nach alten Herkommen und Gesetz des heiligen Reichs in ihren Verbodungen auß und heim. Darauf soll ein jeder Römischer Keyser oder König, so er gekorn wird, die Reformation und Recht confirmiren und bestetigen, und die Freygrafen sollen auch geloben und schweren, dieselbe in allen Puncten und Stücken zu halten. Vnd ist diese obgeschriebene Reformation durch weiland Ertzbischoffen Dietrichen, löblicher Gedächtniß, als ihme das durch Keyser Sigmund befohlen war, zu Arnßberg, in Beyweßen viel Grafen, Freyherren, Ritterschafft, Stuhlherren, Freygrafen, Freyschöpffen, gemacht, geordnet, gesetzt und verkündet worden.

b. Reformation durch Kaiser Maximilian I.

1495.

— — —

